







BIBLIOTECA NAZIONALE
6
21 H
17
VITTORIO EMANUELE

P. Tarq. Gall. Carmina


TARQVINII
GALLVTII SABINI
E SOCIETATE IESV
CARMINVM
LIBRI TRES
ALTERA EDITIONE
PLVRIMVM AVCTI.
Catal. Inscript.
ROMÆ.
Apud Bartholomaeum
Zannettum.
1616
Superioru
permissu


CLAVDIVS AQVAVIVA
Societatis Iesu Praepositus Generalis.

CVm opusculum hoc P. Tarquinij Gallutij Societatis nostrae Sacerdotis, tres eiusdem Societ. quibus id commisimus, recognouerint, & in lucem edi posse probauerint, facultatem damus, vt typis mandetur, si ita iis, ad quos pertinet videbitur. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus. Romae. 30. Martij, 1611.

Claudius Aquauiua.

Imprimatur, Si videbitur Reuerēdiss. P. M. Sacri Palatij Apostolici.

Caesar Fidelis Vicesg.



Imprimatur:

Fr. Gregorius Donatus Rom. Magister, & Reuerendiss. P.F. Hyacinthi Petronij Sac. Pal. Apost. Mag. socius, ordinis Praedicatorum.

† 2 R. P.

R. P.
TARQVINIO GALLVTIO SABINO.



HENRICVS CHIFELLIVS Antuerpiensis.



EDITE iam Latiæ quondā tria lumina Musæ,
En noua lux vestro purior igne micat:
Tarquinius lux ista, tuis par vna triumphis
Mantua, par titulis Sulmo superbe tuis.
Par titulis Venusine tuis, par dico, sed illa
Quae vos condecorant singula, solus habet.



ALOY-

ALOYSIO CAPPONIO
S. R. E. CARDINALI
Amplissimo.

Gherardus Saracenus Eques S. Stephani Commendatarius. F.

EA poëseos species est, ea dignitas, Card. Ampliss., vt facile ingenui cuiusque, ac liberalis hominis animum tacitis voluptatis inuitamentis ad se se rapiat. Id potissimũ causae fuit, cur à multis annis elegantiora quaedã poëmata, quae vel ab amicis, mei erga Musas studij gnaris, deferebãtur, vel precariò, & pene mendicatò ipse corrogabam, diligenter admodum seposuerim, & velut è longinquo conquisitas delicias maximi sẽper fecerim. Ex eo numero ita ingeniosissimum quemque Tarquinij Gallutij carminum lepos, ita venustas, & Latini sermonis puritas

delectat, vt vel hoc nomine debere mihi plurimum eruditos homines existimẽ, quòd eius poëticas lucubrationes, quot quot & ab ipso subducere, & ab alijs extorquere potui, publico literarum bono in lucem extulerim. Accedit quod illius viri gloriae, cuius cõsuetudine, humaniori literatura, & mansuetioribus Musis expolitum esse me gaudeã, seruire, honestum mihi atq; decorum duxi: cum praesertim futurum sit, vt, quemadmodum foeneratoribus vsu venit, non nulla mihi etiam ex hoc officio grati animi cõmendatio ꝑueniat.

Porro librum, cum in alicuius viri patrociniũ se recipere necesse habeat, tibi potissimum inscripsi: quod nulla re instructior in conspectum tuum venire poteram, quam eius scriptionibus, qui studiorum tuorum in adolescentia moderator, tantum apud te assecutus est, quantum optime collocata in gratum hominem officia mereri solẽt. Quamquam si ista desint, alia quaedã abun-

de ſuppetunt, quae doctorum hominũ vigilias veluti iure tibi deberi oſtendant: ampliſſimi ordinis auctoritas, eximium in fouendis literatis ſtudium, ſapientia in tã aliena aetate plane admirabilis. Nam, vt omittam maiorum tuorum res praeclare geſtas, familiae ſplendorem, clientelas, opes, potentiã, quibus rebus ſi alij commendentur, ſe ſatis ſuperq; commendatos putãt, memoria tenent illi, qui te adoleſcentem norunt, qua ſemper morum grauitate, qua prudentia, quo conſilio fueris. Id quod prae ceteris intellexit vir ſapiẽtiſſimus Leo XI. Pont. Max. qui te, multo ante, quàm per aetatem publicas res attingere liceret, Apoſtolico Theſauro, hoc eſt negotijs longe diſſicillimis, atque grauiſſimis praefecit. Quo in munere obeundo quid praeſtiteris, tum ipſum Romae iudicium, tum Pauli Quinti, quae ad commune populi iudicium acceſſit, ampliſſima teſtificatio declarauit. Qui te demum, non an-

nis, ſed meritis aequa aeſtimatione ponderatis, ingenti totius Chriſtianae Reip. commodo in ſacrum Cardinaliũ Collegiũ cooptauit. In eo faſtigio non modo de ſuſcepto ad laudem impetu nihil remiſiſti, ſed tantũ adiecisti praeterea contentionis, ac ſtudij, quantum tibi additum eſſe intelligebas honoris, ac dignitatis. Video ſane quàm magnis, quàm grauibus curis perpetuò detinearis: ſed tu, qua es morum ſuauitate, nec me ad te primum venientẽ abijcies, nec Tarquinij carmina deſpicienda exiſtimabis. qui nunquam ab illa, quam ſemel arripuerat, excuſatione modeſtiae dimoueri ſe paſſus eſſet, niſi demum ex me qui haec efflagitabam, intellexiſſet, ſub tutela tui nominis apparitura eſſe, quae vel praeferuido aetatis calore profudiſſet adoleſcens, vel temporum neceſſitatibus incluſus effudiſſet in ſcholis, vel amicorum precibus emiſiſſet ſemel, numquam reuocaſſet ad limam. Vale.

LE-

LECTORI,

ALEXANDER ZANNETTVS BIBLIOPOLA.



AEC R. P. Tarquinij Carmina editionem à me, quam quinque circiter ab hinc annis ab alijs acceperant, iterum habent. Cum enim, exemplis iam absumptis omnibus, multorum precibus quotidie fatigarer, vt eadem, altera tandem editione proferrem, committendum non putaui, vt diutius illi poëtam desiderarent, quem de me suo iure, ac prope conuitio reposcerent. Quin amplius etiam praestiti, quàm flagitarent. librum quippe produco, Siluis, Elegijs, Epigrammatis auctum, & locupletatum oppidò multis, quae ab auctore paulatim expressi. Quo facilius in spem venio fore, vt opus expetitum ante per se, prorsusq;

ſusq; vendibile, auctius nunc, & locupletius editum, omnibus qui tam ardenter illud exoptabant, multo accidat iucundiſſimum. Fruere itaque amice Lector hoc libello, quem tantopere, tantiſque acceſſionibus ornatum expono: ac poſtmodum (quod ab auctore mihi polliceri poſſe videor) eundem ampliorem etiam, atque operoſiorem expecta.



INDEX

INDEX
LIBRI CARMINVM PRIMI.
HEROICORVM.

INDEX
Libri Carminū Secūdi. Elegiarum.

INDEX
Libri Carminum Tertij. Odarum, & Epigrammatum.

Ad



Epigrammata.

De

Quæ sequuntur nouæ huic Editioni accesserunt.

Heroicæ. Lib. I.

Di

Elegiae,

Lib. II.

Epigrammata.

Lib. III.

INDEX.

FINIS.



TARQVINII GALLVTII E SOCIETATE IESV CARMINVM.

LIBER PRIMVS.

In Noctem Christi Natalem. PERVIGILIVM.

I.



ADE per aethereos Caeli Nox candida campos,
Purpurei Regina potens Nox alma diei,
Sidereas accincta faces, & cyclade pura
Luminis aeterni perfusa: nitentibus astris
Haud minor, & Phoebo non concessura comanti
Cum caput Eoa profert rediuiuus ab vnda.
I teneris redimita rosis, Zephyrumq; volantem
Vecta super, bigas agita per inane, nouenis

Agminibus stipata ducum, quibus aurea collo
Caesaries promissa fluit, bicolorq; nitentis
Penna humeri conuestit ebur, malisq; supremis
Lucida iam dubiae lanuginis vmbra renidet.
I tenebris inimica tuis, i limite summo
Aetheris, aurata radiorum impexa corona
Et Caeli stellata oculis. tibi militat omnis
Hora poli, pictiq. sinus tibi ridet Olympi,
Et mare tranquilla fluctus exasperat vnda,
Et calidis Portunus aquas attemperat auris.
Nõ tibi saeuit hyems, pluuia nõ turbidus Auster
Praecipitat, non foeta sonant cum murmure vasto
Antra Notis; non silua gelu torpescit acuto:
Sed placidè zephyri ludunt in marmore ponti,
Aëris in medio ludunt, sudoq; sereno
Nunciat aeternam Thaumantis filia pacem,
Et verni redeunt alieno sidere soles.
Ecce vbi concrescunt inimico frigore fontes,
Arboribusq; comae desunt, & turpia multo
Squalent cuncta situ, leni tibi murmurat alueo
Iordanis fluuiorum oculus, tibi mollibus herbis
Prata virent, tibi pandit opes, tibi prata recenti
Gramine vestit humus; festa tibi fronde coronat
Tempora, Apollineas vincentia tempora luces.

Aspi-

Aspicis vt chorus astrorum super ardua Caeli
Ire timet, iubarique tuae se credere frontis
Non ausus, dubijs ambagibus auius errat,
Luciferumque ducem queritur nō surgere ad Ortā?
Aspicis vt croceis è montibus aurea mater
Luminis, Eoo rediens tibi supplicat ortu?
Et radijs perculsa tuis, diademata ponit,
Ponit & Ambrosiis implexum crinibus aurum,
Purpureo ponit radiata monilia collo:
Innectitque moras, picti verita ostia Mundi,
Te praesente, iterum bigis intrare coruscis,
Et varia terras distinguere luce iacentes.
Illa tuos stupet ad radios, iubar illa veretur
Nox ò clara, tuum, multa cui lampade Caelum
Ardet, & aethereae disponunt lumina Mentes.
O quae sidereo spectacula mira theatro
Pandis, vbi impulsos vtroque à cardine postes
Flammigeris reseras manibus? discedit Olympus
Te veniente, leui discedit limite mundus,
Concaua diuiduo discedunt nubila sulco,
Et lux perpetuo discurrit prodiga fonte.
Quas adeo depromis opes, quos promis honores,
Quae renouas prisco fulgentia saecla metallo,
Virtutumque choros placidis deducis ab astris?

A 2 Iam

Iam tempus delere notas, Nox aurea, famae,
Delere antiquis insignia nomina probris,
Te quibus Argolicae damnarunt iurgia linguae.
Fama fuit, sed vana fides, tamen omnia vincens
Fama fuit, quondam dubijs elementa figuris,
Indiscreta locis, nullo non didita tractu,
Per vacuum volitasse vnà, mistoq; tumultu
Errasse innumeris fluitantia semina rebus.
Materies informis erat, confusaq; nullo
Ordine congeries, moles incondita, miris
Infabricata modis, nullaq; coërcita lege.
Non tellus librata cadit, non innatat vnda,
Non ignis supera alta petit, non proxima ductu
Circuit aura polum facilis, sed caeca feruntur
Cuncta simul: volat instabilis super aëre tellus,
Vnda riget concreta situ: subsidit in imum
Ignis, & alterutris immistus fluctuat aër.
Scilicet hoc dixere Chaos, mirabile mundi
Principium, varijs compactum partibus: illo
Nox est nata patre, infelicis filia monstri.
Dehinc Erebo nubens, peiori iuncta marito
Edidit innumeras informi è viscere pestes,
Inuidiam, rabiemq; atram, mortemq; timendam,
Somniaq; & fraudes, latebrosaq; furta, dolosq;,

Et

Et gemitus querulos, & quae bella aspera miscet
Tisiphonem, Fatũq. malum, Parcamq. nigrantẽ,
Et senium, & morbos, & quicquid triste timetur
Edidit infando quondam nox improba partu.
Haec fuerunt olim mendacia vana canentum:
Nunc libeat mutare fides testudinis aureae,
Atq. nouum de te Nox inclyta dicere carmen,
Non tu lucis eges diuinae prodiga lucis,
Prodiga sidereae pacis. Tu sedula circum
Adstabas famulis manibus, studioq. fideli,
Matris ab illesae cum carcere prodijt Infans,
Sola Dei nutrix, & pronuba Virginis almae.
Namq. vbi cũcta silẽt, placidusq. in pectore sõnus
Influit, & molli vincuntur membra quiete:
Cum nulli volucrum cantus, cum nulla ferarum,
Non hominum vox vlla sonat, mediumq. lacessit
Luna Polum, & taciti conniuent lumina Caeli,
Pumice multicauo, curuaq. in margine montis,
Populeas inter frondes, stipulasq. rigentes,
O fidei monumentum ingens; egressus ab aluo
Nascitur omnipotens aeterni luminis auctor,
Et cadit in terram niueae sine labe Parentis.
Qualis purpureo diffusus lumine Titan
Vitrea multifido sine vi specularia telo

Traijcit, aut nullo labefactum verbere virgae,
Non vlla quatiente manu, sed Virginis astro
Maturum, curua delabitur arbore pomum.
Stramineo iacet ille toro, duraq; recumbit
Nudus humo, patiturq; Euros, & flamina Cauri,
Omnibus exclusus terris, non cognitus vlli.
Non etenim è populis modo tot terraeq; marisq;,
Quos vnum imperium mundi ad tabularia cogit,
Scit quisquã tacito quantus lacrymatur in antro,
Sedis inops Diuus, patriae communis egenus.
Iam geminae veniunt vtroque à cardine gẽtes,
Quatuor à ventis, terraeq; & littore ab omni
Curritur, atque omnis peregrino semita feruet
Trita pede: Augusti sunt aspera iussa tyranni,
Qui populos late numerat, totumq; recenset
Cladibus exhaustum, & bellis ciuilibus Orbem.
Dant nomen qui rura obeunt longinqua Geloni,
Riphaeis qui saxa colunt obducta pruinis,
Massagetae, Daciq; feri, rigidiq; Arimaspi;
Et Cicones, & qui diffusa Trionibus astra
Suspiciunt, rigidoq; ferunt in littore brumam.
Iussa facit qui Marmarico discluditur aestu,
Qui Libyae, Numidaeq; colit regna ãpla Iugurtae;
Qui Caelum torquentem humeris Atlanta tuetur

Nubi-

Nubigenã, & gemina cohibetur ab Hercule turri.
Censentur prima lustrat quos lampade Phœbus
Felices operum Seres, qui mollia carpunt
Vellera ab arboribus: censetur Iberia diues,
Diues opum censetur Arar, magnusq; Garumna,
Sed tamen ante alios censetur Dardana tellus.

Talia Romuleo passim dum more geruntur,
Bethlaea sub rupe Deus vagitibus infans
Quadrupedes inter pendentia saxa lacessit
Non exploratus populis, non gentibus vllis
Auditus. quin ipse potens Octauius armis
Iam positis, Tyricq; sedens spectabilis ostro,
Dona recognoscit populorum, & nomina mille
Imperio lustrata nouo iubet ordine Fastis
Inscribi, & censa maior ditione superbit.

O caecas hominum mentes, ò nescia veri
Pectora: quid lustrum Caesar non vtile condis,
Dixit ab aetherea qui temperat omnia nutu
Sede Pater. Viden informi qui clauditur antro,
Et plorat sua damna, tibi lacrymabilis ipsi?
Si nescis meus ille Puer: mihi filius ille
Vnigena, aeternus, non vllo tempore cretus;
Nunc tamen, & cretus, nulloq; è semine cretus;
Virginis è gremio dias effusus in auras,

Virginis in gremium patrio de lumine lapsus.
Scilicet hic Regum diuino numine Rector
Nascitur, aerata qui sceptra minacia virga
Frangat, & imposito victos pede proterat hostes.
Ille nihil: non alta colit praesepia Bethles,
Non Latium Puero sceptrum committit habēdum,
Quamquam ita sub Caelo miracula visa sereno
Saepe docent; docet ipse nouo circumdatus auro
Cynthius, & riuus subito manantis oliui,
Et centum, quae muta silent, oracula Diuùm.
Ipse Palatinus consultus Caesare Phoebus,
Ora fatigatus tandem indignantia soluit,
Nascentisq. aperit magni cunabula Regis.
Desine Romulidum Caesar fortissime ductor,
Arbiter Oenotriae, vatum responsa silentum
Consulere, & Diuum scitari arcana precando:
Me puer Isacidum claro de sanguine Regum,
Rex hominum, Diuumq. Deus, delapsus ab astris
Ire iubet, sedesq. relinquere cogit auitas,
Euandri colles, & magna Palatia Romae,
Antraq. fulmineo detrudit in Infera telo.
Quare age. non dubijs hinc olim oracula rebus,
Non responsa feres bellis quaesita futuris,
Ipse licet centum cumules altaria donis.

Dixit,

Dixit, & ex imis tremere omnia visa cauernis.
Non vno delubra sono concussa gementi
Stare loco; auditusq. fragor per inane volutus,
Et trepido in templis ceciderunt signa tumultu.
Interea Puer in stabulo lacrymabile carmen
Integrat, & teneros in stramine conterit artus,
Nudus adhuc, rigidisq. miser suffultus aristis.
Non famulis est qui tergat vestigia lymphis,
Non molli, qui membra toro componat, & aureas
Sternat humo vestes, cunisq. plicatile velum
Addat, & Assyrio radiantia vellera fuco.
Sola fuit Nox alma Duci, Nox aurea praesto
Sola fuit, teneris Puerum complexa sub alis,
Obsequio circum, facibusq. micantibus errans.
Illa etenim crebra succendens lampade Caelum,
Et radijs perfusa nouis è rure propinquo
Pastores vocat ad cunas, & sidere magno
Euocat Eoos Nabathaeo è littore Reges,
Et centum Aligeros Caelo deducit ab alto.
Illa agit excubias, studio ancillata fideli
Sola Deo, vigilesq. faces, & lumina mundo
Ostentat, niueam referentia lumina pacem,
Tecum ego felices componere temporis horas
Ah possim bona Nox, scabri sub fornice saxi;

Quo

Quo delapsa leuis concessit Regia Caeli.
Non illo me caecus amor diuellet ab antro,
Non me Caelituum coget desuescere cantu,
Qui sonat in stabulo, curuaq; in rupe resultat
Mollis, & Alpinas possit qui vincere cautes.
Scrupea saxa iuuat, tophis iuuat antra tueri
Aspera, sed pictis non concedentia tectis,
Quae fuco manus artifici variauit, & auro.
Quis prohibet tenero me pascere lumina sensu,
Turgentesq; oculos, & molli aspergine tactos
Cernere, purpureasq; genas, admorsaq; membra
Frigore seu Boreae, gelido seu flamine Cauri?
Fas mihi, vagitus, humilesq; haurire querelas
Numinis, & magni suspiria moesta Parentis,
Qui simul in stabulo plorat, simul ardua mundi
Concutit, & trifido iaculatur fulmine montes
Aemonios, totumq; tonans exterret Olympum.
O amor, ò pietas. tellus concussa trisulco
Te pauet hastili, metuit te Tartarus ingens,
Conuexiq; super metuunt te nubila Caeli
Sancte Puer: tremis ipse tamen, latitasq; iacesq;.
Et radijs viduus latitas, & prorsus inermis,
Fulmine deposito, quod victor ab aethere torques.
Sidera vestra fides. latet hic tantus Deus? ille,

Ille


Ille Ducum, Regumq; metus, lucisq; repertor
Auricomae, tranquilla quies, viuiq; medulla
Vera boni; vigor aeternus, fax vnica Patris,
Deliciae Superum, Caeli sincera voluptas?
O vtinam hic placidè traducam tempora vitae
In te magne Puer defixus lumina semper,
Donec longa dies, saeclisq; effœta senectus
Surrepat, sensimq; animi mihi claustra relaxet.
En sequor Aurorae Dominos, Regesq; potentes,
Murice Sidonio claros, qui poplite flexo
Speluncae in medio, Puerum, Matremq; salutant,
Et gemitus, & longa trahunt suspiria corde.
Deseruere domos, primo quà lumine Titan
Pingit aquas: face quà propior sol incoquit vndas,
Quà Ganges auro, quà fuluis Hermus arenis,
Quà vada purpureis lucent Erythraea lapillis.
Non hos durus amor, non hos vertigine torquet
Assidua spes sollicitos, quae fidere cogit
Vela Notis, fluctusq; leui percurrere puppi,
Et pelago merces, & vitam credere ventis.
Huc astro, flammaq; noua ad praesepe vocantur
Caelicolis habitatum altis, vbi lumina pascunt.
Lumina non vnquam dia saturata figura.
Hic Regni diadema locant, hic sceptra reponunt;

Hic

Hic taciti sidunt, tranquilla hic pace quiescunt.
Vos sequor Heroes inquam: monstrate sequenti
Vestris fixa prius Proceres vestigia plantis.
Excubet ad postes alius: Regumq. superba
Vestibula obseruet. pictasq. perambulet aulas,
Aut vestiget opes reflui quà clauditur aestu
Terra maris, rigidae quà strĩgũt flumina brumae,
Et gelidus versat glacialia plaustra Bootes.
Aut quà praecipites medio Thetis excipit axes
Alma salo, sol occiduos quà flectit Iberos,
Et gemino soluit spumantia colla iugali:
Quaq. aperit croceis surgens Tithonia bigis
Caelituum portas; primiq. rosaria Phoebi.
Me iuuat obsequio mentem per iussa sequacem,
Ferre tua ò formose Puer: tibi fingere pectus,
Et vario sensus animi componere cultu.
Quis furor est gazas, peregrini & littoris aurum,
Aut gemmas, mercesq. Syras, Arabumq. beatas
Quaerere delicias per aperta pericula ponti?
In stabulo Deus est: profugas huc vertite proras
Qui letum ante diem liquidis spectatis in vndis.
Suppetit in stabulo, quod plus seu merce Sabaea,
Seu sale gemmifero, puro seu fulgeat auro.
Non hic vos zephyri pellunt, vndaeq. procaces,

Non

Non Auster, Siculae non turbidus arbiter vndae,
Humentesq. Hyades, aut monstra natantia terret,
Bisq; recurrentes ceu mobile marmor arenae,
Aut terras Calpen citra, quodq. alluit vltra,
Quà vetat ingressum Nereus, aditusq. malignos
Obijcit Alcidis magni iuga bina laborem.
Sic venient olim ad magni cunabula Regis
Purpureo Proceres (nec longum tempus) ab ortu.
Ipse nouum interea meditabor carminis orsum,
Dum tacet omnis ager, mundūq. emensa supremū
Luna fatigat equos per amica silentia Caeli.
Tu Vati Nox alma faue. tu nempe sub alas
Excipe qui tecum vigiles nunc fallere curas
Incipit, & tenero perfusus pectora sensu,
Ad Pueri cunas, natiq. ante ora Parentis
Anxiferae potat iucunda obliuia vitae.



IN CHRISTI NATALEM Idyllion.

MNASYLVS.

II.



NCIPE: Sicania carmen modulemur auena,
Quod cecinit ſacro nuper Mnaſylus in antro,
Mnaſylus pecoris cuſtos, puer integer æui,
Integer & vitæ: teneri quem nuncius Ales
Numinis ad cunas duxit. videt ille micantes
In Puero radios, videt horrida frigore membra,
Vagitusq; pios ſitienti combibit aure;
Et ſtupet attonitus, maieſtatemq; veretur,
Cunctarumq; tamen rerum miſeratur egentem.
Tum bifores inflat calamos, querulaq; cicuta
Demulcet Pueri queſtum, ſimul incipit ipſe.
Ne vagi diuine Puer, ne lumina fletu,
Ne lacrymis corrumpe genas, ne belle querelas,
Vagitumq; cie: ſunt hic mitiſſima poma
Iam ſeruata diu, iam crudum oblita ſaporem.

Caſta-

Castaneaeq; nuces rugoso è cortice ductae
Cum prunas cinere in medio sensere calentes,
Dissplosaeq; focis crepuere micantibus: Ecce
Cana colostra fero pueris ientacula lactis,
Pruna fero, & lectas Librae sub sidere baccas,
Quas mihi dat Galatea parẽs dũ carmina disco,
Dum simas seruo pendentes rupe capellas,
Obloquor & septem concordi sibila canna.
Quin etiam dat mala mihi, saturumq; quasillum
Floribus, hiberno quos educat aëre tellus;
Quin croceas vuas, quin mollia sorba, pirumque,
Pomaq. Mopsopio rorata cydonia melle.
Haec adeo tibi belle Puer, tibi candide seruo:
Ne vagi formose Puer: fortasse laborat
Mulsa mihi genitrix, & crustula forsitan aureo
Sparsa mero, dum Naeniolam tibi fistula cantat.
Quis scit an è nido, molliq; è subere raptam
Purpuream mihi seruat auem, raucamq; palũbem?
Certe ego dum medio terras sol incoquit aestu,
Ilicea dum dormit iners pecus omne sub vmbra,
Tesqua per & dumos, per frondea tecta notabo
Turtur vbi plorans, vbi nigra monedula nido
Immites operit natos, pascitq; volucres
Implumes, sparsisq; fouens super incubat alis;

Aut vbi capreolos siluis tegit improba mater,
Qui mihi bina die siccabunt vbera lactis,
Et tibi munus erunt gemino cum turture iuncti.
Nec minus Oebalios flores, & molle papauer,
Narcissum, & folio colocasia laeta virenti
In nodum plectenda legam, & tibi Diue ferenda.
His ego solabor vacuus mea tempora curis;
Nec timeam ne tarda lupo cadat agna, vel vrso,
Aut malus interea perturbet ouilia praedo.
Haec fuerunt metuenda olim: nunc aurea surgũt
Te nascente Puer meliori saecula luce.
Ecce canes leporesq. vnà; iacet ecce sub vmbra
Proxima cerua leae: pauido cum turture miluus
Cantat, & accipitri plorat coniuncta columba.
Ite Palaestini per gaudia vestra: vagatur
Iam nullo custode pecus; non crate saligna
Clauditur, aut texto compellitur haedus hibisco.
Praedator non insidias hic instruet vllas,
Ipsa licet latos errent armenta per agros:
Aurea nimirum cum pace renascitur aetas.
Non taxus, non quae vestigat gramina Colchis,
Non succos virosa graues aconita ministrant:
Non quisquam Salpinga tuas calcare latebras,
Non timeat medijs sitientes Dipsadas vndis.

Occi-


Occidit & Natrix, praesenti vipera tabe
Occidit, & gramen fallacibus aruit herbis.
Succedunt casiae vulgo, succedit amomum,
Perpetuo laetus succedit amaracus amne.
Passim mella fluunt, sudant opobalsama truncis,
Sudat Achaemenium rigido de robore costum.
Aurea nimirum cum pace renascitur aetas.
At vos ò durum ferro qui scinditis aequor,
Gaudete Agricolae, tantumq. agnoscite munus.
Non rastros expectat humus, non vinea falcem;
Non sata cliuoso deductum tramite fontem,
Non duplici dorso dentalia iuncta nouales.
Iam nullo veniunt iactae de semine fruges:
Sponte sua florebit ager, cessante iuuenco,
Et flauis iniussa seges fluitabit aristis
Foecundis contenta notis, & rore marito.
Non mala rubigo culmos consumet inertes,
Non segetes inter steriles nascentur auenae,
Non tribuli, lappaeq. inter nitidissima culta,
Carduus, aut medijs surget paliurus in aruis.
Non mus informis, non caeca cubilia talpae,
Non faciet formica lares, aut moenia condet
Sub terra, & magnum farris populabit aceruum.
Tollite colla iugis, & demite aratra iuuencis:

Tollite plaustra viri, trabeasq; & virgea texta,
Arbuteas crates, & flexae robora fagi.
Omnia nam tellus nullo poscente ministrat
Sponte sua: larga rumpuntur & horrea messe;
Aurea nimirum cum pace renascitur aetas.
Iam bene dediscet mentiri lana colores,
Oblita nec varios simulabunt vellera fucos;
Sed tener à pratis Libyco cum sandyce pastus
Agnus ad exesae remeabit ouilia rupis,
Terga croco, minioq; feret variata rubenti,
Et molles Tyrio distinctos murice villos.
Quales virgato redierunt vellere pictae
Epotum post flumen oues, quas cortice secto
Edocuit pastor ferulas spectare sub vndis.
Haec cecinit subito correptus numine pastor,
Dum tibi sub curua testudine montis amicas
Sedulus excubias agitat; dum fistula somnum
Conciliat tibi, sancte Puer: nunc scilicet altum
Somnum oculis hauri. somnus iam vincit ocellos.



DE

DE MAGORVM ADORATIONE Ad Christi Praesepe.



IDYLLION.

III.



E quoque Bethlemicae rupis iuuat ire sub antrum,
Caelicolum in templum, magni ad Cunabula Regis;
Sideris admonitu patria de sede profecti
Memnonij nuper quò successere Tyranni.
Cernis vt expediant plenis tria munera palmis,
Aurumq; myrrhamq; & grana calentia thuris,
Quae bene Panchaea manant ex arbore guttae?
Non mea me fortuna sinit donaria Regum,
Non aequare Ducum fulgentia munera cultu.
Vos ego, Custodes ouium, pecorumq; Magistri,
Vos sequor, aurato quos Ales ab aethere lapsus
Duxit ad aeterni praesepia clara Tonantis.

Ipse leues numeros, & pastoralia tecum
Alphesiboea manus disperdam sibila, tecum
Murmura tentabo varians in arundine carmen.
Pro myrrha, pro thure pio, flauoq. metallo,
Pro donis Procerum magnis, pro diuite gaza,
Carmen erit triplex: triplici pro munere, cantus
Ternus erit, quem sub scabra testudine montis,
Rupe sub exesa tenui modulabor auena.

Dicã ego vt auricomo Caelũ gradiente per altũ
Sidere, longinquis clim spectacula terris
Exhibuit miranda polus, ceu nubila multo
Lumine cum signant, & fuso crine Cometae.
Attonitae resident gentes, oculisq. sequuntur
Solis iter magni: nam sole micantius astrum
Illuderat rubro veniens è limine Solis:
Praeterit & Medos, celeri Babylona volatu
Praeterit, Armeniosq. sinus, Arabesq. beatos:
Nec mora, nec requies, donec despectat Idumem
Palmiferã,& Solyma tandem super imminet arce.

Scilicet hoc venere duce ad praesepia Reges,
Purpurei Reges, docti quid sidera possint,
Quid moueant Pisces, calidi quid signa Leonis,
Quid graue Saturni lumen, quid candida Virgo,
Quid vehat obliquus stellato balteus auro.

Nec

Nec minus herbarum vires, & gramina norunt
Montibus in summis, gelidisq. virentia saxis:
Quae bene producant, quae rũpant fila iuuentae,
Quae calidum medio pellant de vulnere ferrum,
Quae morbos abigãt, quae mentẽ, & pectora mutẽt,
Et centum informent animo simulacra figuris.
Dicam ego mirificis data prima exordia signis,
Cum noua nupta olim, Galilaeo nupta marito
Attonitis bis terna oculis efferuere vidit
Dolia plena mero, liquidisq rubescere guttis,
Quae laticem, & puri seruabant fluminis vndã.
Stabant, & laetis conuiuia dulcia mensis
Dispositi Proceres ducebant ordine longo:
Nec dum finis erat dapibus, cũ murmur ad aures
Accidit, exhaustis spumantia dona Lyaei
Defecisse cadis, & credita vina dyotis.
Turbatur mensae dominus, viniq. magister;
Turbaturq. magis virgo pudibunda, decoro
Perfundens minio malas, & murice vultum.
Ilicet è flauo labuntur vertice myrti,
Labunturq. rosae, tenuiq. argentea nexu
Lilia, quae capitis gestabat tempora circum.
Tum tenues miseratus opes, epulasq. puellae
Caelipotens hospes: fluuialibus imperat vndis



Impleri testas. quas Rex simul ipse resignat,
Imponitq; iterum mensis, mirabile visu,
Fluminis en subito mutatus cernitur humor,
Vinaq; pro liquidis fūdit grauis amphora lymphis.
Non ego Iordanis sileam deserta fluenti,
Quò fagos inter densas, corylosq; comantes
Elisabae Natus furtim succedit, & antris
Reddit ab vmbrosis populo responsa petenti:
Isacidasq; monet, venturum è limine Caeli
Qui scelus infectum diuina proluat aura,
Obsitaq; euertat veteris contagia culpae.
Interea magno gens vndiq; mota tumultu
Confluit, & medio consistens fluminis alueo
Abluitur, monitisq; salubria iussa reportat.
Quos inter vulgo mistus, turbaeq; gregali,
Ipse etiam (ò illis olim spectacula saeclis
Edita) sidereus magni regnator Olympi
Ingreditur, nulli notus, studioq; lauandi,
Lustrandiq; nouo non noxia membra liquore,
Desilit in lymphas: & quamquam numine plenus
Exclamat Vates, ac vultu pallidus albo
Abstinet attactu; tamen increpat ille morantem,
Et iubet infusis abstergi corpus ab vndis.
Ecce autem auriferas subito mutatus arenas

Vndiq;

Vndiq; Iordanis, gemmasq; sub amne latentes
Ire videt, quales Eoo ab littore Ganges
Mittit, & Hesperias exornat munere terras.
Visa etiam impositis circa noua gratia ripis
Addi; visa nouo splendescere prata colore,
Auditiq; chori Superum, qui vocibus auras
Mulcerent, canerentq; suum super aëra Regem:
Quin etiam insolito sonuit domus alta fragore.
Insonuit laetum: & Patris vox fertur ad aures,
Quae caro validum Nato testetur amorem,
Mortalesq; magisterio committat habendos.
Haec tria pro triplici rerum miracula dono
Diximus ò formose Puer. ne temne laborem,
Carmina ne contemne, tuus quae rure Menalcas
Occinit in medio. labuntur cetera cursu
Scilicet insano: stant mollia carmina semper.
Haec etiam stabunt mea; quae nunc cortice signo
Ilicis, & semper tenero cum cortice crescent:
Pastoresq; legent olim voluentibus annis
Quae modo descripsi primaeuo in flore iuuentae.



IN CHRISTI MORTEM.

EPICEDION.

IV.



E miserum: quod cerno nefas? dum solibus annus
Purpurat incipiens, dum formosissimus alta
Sanguineo splendore micat Narcissus in herba,
Ecce tibi heu laceris manibus, pedibusq. cruentis
Diue potens, Patri Iuuenis miserande Tonanti
Vulnera quina rubent clauo patefacta trabali.
Dum rauco illimes labuntur murmure riui,
Et noua mobilibus stringunt violaria lymphis,
Pectore descisso, viuoq. cadauere centum
Sanguinis exiliunt fontes; scatebraeq. cruoris
Mille sonant, fluuioq. genas, & corpora foedant.
Dum ver purpureum volucris, dũ nubila mundo
Pulsa canit, teneroq. exercet guttura cantu,
Dum sua frondenti plorat super arbore turtur
Gaudia, & ingeminat dulces philomela querelas;

Tu

Tu gemis interea tua funera, & astra lacessis,
Et cadit è gemino placidissima lacryma sole,
Lacryma Bistonias possit quae rumpere cautes,
Marmaricasq. mouere feras, Libycosq. leones,
Hyrcanasq. Tigres, & marmoris aequore fluctus
Excitos, rupesq. soli mulcere Geloni,
Iam noua truduntur violato germina libro,
Palmitibusq. nitent iunctis arbusta marita,
Et virga florentes innectunt brachia siluae,
Iliceumq. nemus complectitur vndique quercus
Iam viridis, iam luxurians, & mota Fauoni
Murmure vicinae suspirat populus orno.
Tu tamen interea trabibus per mutua nexis
Impendes, imoq. trahis suspiria corde,
Et fremis, & Patrē inclamas iā morte propinqua.
Proh flammae documēta nouae: luit impia serui
Facta Deus? luit insani contagia furti,
Soluit & immeritas alieno crimine poenas?
Siccine magne Pater plectuntur crimina? sic tu
Interitu Nati commissa piacula punis?
Sic tu Nate meo poenas à crimine poscis?
Vt per ego gemitus istos, per vulnera seruer
Supplicium crudele luis, poenamq. nocentum,
Et trabe quadrifida pendes; vt scilicet ipse

Mors

Morte tua viuam? o nimium miserate dolores
Diue meos: volucris sic olim Aegyptia pullos
Dicitur exangues animare, & viscera rostro
Effodit ipsa sibi, quo vulnere mortua proles
Lucem haurit, matrisq; bibit cum sanguine vitam.
Sic Moses fugeret dum littus, & arua Canopi;
Populeo colubrum ligno suspendit ahenum:
Quem iussi Isacidae cum relligione tueri,
Letiferos colubri succos, pestemq; cerastae,
Hydrorumq; icto pepulerunt corpore virus.
Sic sacras puerum Pater olim tristis ad aras
Mactabat; subito attenuit quem nuncius Ales
Librantemq; manus, & tristia iussa sequentem.
Haud aliter Patris arbitrio tam dura facessis
Imperia: haud aliter Solymo stas victima campo.
Sed tibi nulla fuit Caelo Mens nuncia praesto,
Quae letum arceret, funusq; auerteret atrum,
Et noua deferret iussis contraria primis.
Stabat oliuiferis inter iuga consita ramis
Cernuus, & curis confectus tristibus ille,
Indignosq; animo euentus; durumq; putabat
Supplicium, & sortis casum voluebat acerbae,
Eripe me turpi, clamat, Pater optime, leto.
Eripe me vinclis, durosq; auerte dolores.

Ista

Ista ne ego merui? sic me Pater optime damnas?
Sic non auditus tam duro plector ab hoste?
Ah Deus, ah genitor; tali me funere obire,
Tali morte placet tam carum extinguere natum?
Interea erumpens toto de corpore sudor
Sanguinis instar abit, rubraeq; à vertice guttae
Colla per, & crines serpunt, pectusq; cruentant.
Sic vbi purpureo pinguntur mala veneno,
Candida mala rubris maculis interlita, & albo:
Sic rosa candentes inter Paestana colores,
Sic ebur Assyrio violatum splendet ab ostro.
Tum subito pennata polo Mens labitur alto;
Non roseum radiata caput, non candida vultum,
Non flauas stellata comas, pallamq; fluentem:
Sed pullo venit illa sinu, venit illa solutis
Crinibus, & pigro volitat per nubila lapsu
Tristis, & è Caelo maestissima signa reportat:
Nempe refert iũctãq; trabem, infandãq; colũnam,
Vinclaq;, & hirsutis paliuris consita serta,
Virgarum & fasces, maculandaq; sanguine lora,
Hastamq;, clauosq;, & acuta cuspide ferrum.
Scilicet id fixũ sedet, atque haec certa Patri mẽs,
Sola se nati placandum morte sequestra
Humano generi: ast aliter non caedibus vllis,

Vllis

Vllis non aliter sacris, nullisq. litatis
Pectoris inuictum debere adamanta resolui.
Ilicet ad caedem. Genitor sic imperat. ecce
Improuisi adsunt, fera qui te in vincula raptent.
Ecce hortator adest, scelerisq. inuentor, amici
Signa gerens, hostes & vertice ducit ab alto.
Aera sonant, aciesq. fremit, seges aspera surgit
Telorum: apparent Aquilae, denso arua maniplo
Complentur, trisidaeq. faces, taedaeq. coruscae
Scintillant, ferrum quas inspicauit acutum.
Quò tantum ruis infelix in tela iuuentus?
Quò tot scuta virum, cinctaeq. ad bella cohortes?
Tantae molis erat caput vnum. Affusa caterua
Certatim irrumpit, iuuenemq. indagine cingit;
Non secus ac olim coniectum in retia ceruum.
Quem circa Pastorq. fremit, latratq. molossus:
Saxa p, & scopulos, p inhospita, & hospita mōtis,
Per sola, per cautes, & praecipites conualles.
Per fora, per coetus, perq. obsita compita fertur.
Cetera quid memorem? visu lacrymabile, corpus
Concisum: lacerosq. artus, & liuida colla,
Verberaq;, ah feritas, virgis intorta colurnis?
Brachia quid dicam tereti religata columnae?
Quid caput informe. immiti quid vulnere costas

Dete-

Detectas? largo sudat iam sanguinis imbre,
Et iam genua labant: totus iam sanguine lapsat.
Nulla tamen mora, nec requies: ita scilicet illi
Instant indigna, & nulli toleranda frementes.
Parce manus, Romane, pio scelerare cruore,
Parce Deo. tales nunquam tibi Dardana mores
Terra dedit: sũt cruda nimis sunt barbara iussa,
Sauromatũ non digna animis, non digna Getarũ;
Matre Lupa vix digna: tuos quae Tybris ad vn-
Nutrijt, vt fama est, genitores lacte ferino. (das
Non ego purpuream chlamydẽ, non spinea serta,
Robora non taceam duris asperrima nodis,
Ludicra non vinctis commissa insignia palmis,
Impositasq. trabes humeris, & stupea collo
Vincula, seminecesq. artus, plagisq. cruentos,
Aduersisq. manus confixas partibus ambas.
Quin & vulnifica terebratas cuspide plantas,
Sanguinis & largum manans è corpore flumen,
Atque oculos dicam media iam morte natantes.
At tu dia Parens natum indefessa require,
Atque auidis vestiga oculis, palmasq. tuere
Traiectas ferro, foedataq. tempora dumis.
Et lacerum caput, & rorantia sanguine mẽbra.
Ille ne Diua tuus primo formosior astro?

Ille

Ille micantis honor vultus, ea gratia frontis?
Illa ne sunt facibus duo lumina blanda serenis?
Illa ne caesaries, aurum crinale coruscis
Vndiq; distinctum stellis? illae ne decoro
Pictae flore genae? quales ad littora calthas
Iordani generant imbres, animaeq; maritae?
Hi ne pedes orbes soliti calcare nitentes?
Hae ne manus, certa veterem quae lege tumultũ
Discreuere, locisq; suis elementa locarunt
Dissita? quae Caelum viuis pinxere pyropis,
Stellarumq; auro; gemina quae lampade nigrae
Noctis, & aethereae fecerunt tempora lucis,
Et brutam immani librarunt pondere terram,
Caeruleumq; mare, & campos strauere natantes?
Illa nihil: stetit Aegaeo velut aequore cautes
Frigida, & Alpino surgens in vertice saxum.
Mox vbi mẽs animo redit, & vox faucibus aegris,
Dat gemitum, atque alto ducit suspiria corde,
Infabremq; amplexa cedrum, informemq; catastã
Indignos Nati gemitus, tristesq; querelas
Talibus astra ciens singultibus interrupit.
Heu quia nam tali victum te morte Parenti
Nate refers? quem te aspicio pulcherrime Nate?
Aspicio, & viuo sine te lux candida Caeli;

Num

Num vera aspicio? num mentē insomnia ludunt?
Proh crudele nefas, cur sic mea vita repente
Occidis? ah de te quondam quàm vera canebat
Nate mihi senior Vates, cum tristia multum
Admonuit: sed non miseram haec sperare iubebat
Aligerum pennata cohors, quae carmine lusit
Dum primum dias ibas in luminis auras,
Et bene nocturnas agitauit laeta choreas.
Non anus haec responsa mihi cognata, Patrisq;
Nuncius è Caelo retulit mandata sub aures,
Non haec Pastores, non haec Arabes Nabathaeī.
Scilicet ò quantum conuerso cardine rerum
Quae fore sperabam, retro sublapsa feruntur.
Quò color ille tuus fugit? quò purpura vultus?
Quò decor ille oris, crinisq; plicatilis aurum?
Illaesum quò frontis ebur, floresq; genarum?
Illa ne Sidonio sunt labra corallina fuco
Ebria, quae miserae strinxerunt vbera matris?
O collum, ò ceruix, ò cerea brachia natī,
O oculī, ò geminum fulgentia lumina sidus:
O frons, ò malae, tantum pallere potestis?
Occidis ah Deus? ah Nate occidis? Ilicet ergo
Tesqua per & dumos: quis me solabitur aegram?
Non ego te posthac cernam mea vita, nec istas

Aure

[illegible] lucem,
[illegible] curas.
[illegible] crimina? falsē
[illegible] copia.
[illegible] falere
[illegible] lunas,
[illegible] labellis.
[illegible] possunt
[illegible]
[illegible] Regibus?
[illegible]
[illegible]
[illegible] ponendi:
[illegible] morti,
[illegible] fumos.
[illegible] primumque,
[illegible] Salem.,
[illegible] terris.
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] alba,
[illegible]
[illegible] imatris
Corpora.

Corpora, non vno volitantia corpora motu,
Perq. vrbes errare nouis simulacra figuris.
Audijt & tellus, disiectaq. marmora longe
Audiuere: nouo miscetur murmure pontus,
Et rumpunt elementa fidem compage soluta.
Dissiliunt montes, & vasti moenia mundi
Dissiliunt. visum est totum discedere Caelum,
Ingentiq. repente sono quassatur Olympus.

CHRISTO REDIVIVO, atque in Caelum ascensuro.

PROTREPTICON.

V.



VID nos exanimas? subito quid pectora morsu
Vellis, & ingrata praecordia voce lacessis
Christe parens, iterum mundi surgentis origo,
Vna Dei soboles, hominum tutela salusq.?
Aure ne vera bibo? an potius sibi territus vltro

Aure bibam voces, nec ducam è lumine lucem,
Nec miseras tanto solabor pignore curas.
Quid tantũ merui? quae sunt mea crimina? saltẽ
Isto Nate forem tecum confixa tigillo.
Ducite me, si qua est pietas: libet alta subire
Ligna: libet Nati morientes condere luces,
Florentemq. animam cupidis haurire labellis.
Sidera vestra fides. Caelum tua fulmina: possunt
Caelestes errare orbes, mundoq. vagari
Luna; nec extincto lugent conuexa Magistro?
Hoc cernis sol alme nefas? non lumina condis
Aurea? non verso certas temone reuerti?
Dixerat: & finem querulo dedit ore gemendi:
Ipsae illam valles, ipsa illam culmina montis,
Ipsaq. sunt gemitu longe resecuta fluenta.
Illam Caluariae rupes, collesq. propinqui,
Illam Asane, Azotiq. arces fleuere, Sabeq.,
Engadaq., & Lyde, & desertis Galgala terris.
Nec minus ingenti plorauit Bessura luctu,
Plorat Adulaea, & ventoso Iamnia caelo,
Plorat & ignaua Iordanis caerulus vnda:
Caelestes plorant oculi, lacrymantur & astra,
Alituumq. chori responsant maesta canentes.
Ipsa etiam sunt visa cauis exire sepulcris

Corpora.

Corpora, non vno velitantia corpora motu,
Perq. vrbes errare nouis simulacra figuris.
Audijt & tellus, disiectaq. marmora longe
Audiuere: nouo miscetur murmure pontus,
Et rumpunt elementa fidem compage soluta.
Dissiliunt montes, & vasti moenia mundi
Dissiliunt. visum est totum discedere Caelum,
Ingentiq. repente sono quassatur Olympus.

CHRISTO REDIVIVO, atque in Caelum ascensuro.

PROTREPTICON.

V.



VID nos exanimas? subito quid pectora morsu
Vellis, & ingrata praecordia voce lacessis
Christe parens, iterum mundi surgentis origo,
Vna Dei soboles, hominum tutela salusq.?
Aure ne vera bibo? an potius sibi territus vltro

Aure bibam voces, nec ducam è lumine lucem,
Nec miseras tanto solabor pignore curas.
Quid tantũ merui? quae sunt mea crimina? saltẽ
Isto Nate forem tecum confixa tigillo.
Ducite me, si qua est pietas: libet alta subire
Ligna: libet Nati morientes condere luces,
Florentemq. animam cupidis haurire labellis.
Sidera vestra fides. Caelum tua fulmina: possunt
Caelestes errare orbes, mundoq. vagari
Luna; nec extincto lugent conuexa Magistro?
Hoc cernis sol alme nefas? non lumina condis
Aurea? non verso certas temone reuerti?
Dixerat: & finem querulo dedit ore gemendi:
Ipsae illam valles, ipsa illam culmina montis,
Ipsaq. sunt gemitu longe resecuta fluenta.
Illam Caluariae rupes, collesq. propinqui,
Illam Asane, Azotiq. arces fleuere, Sabeq.,
Engadaq., & Lyde, & desertis Galgala terris.
Nec minus ingenti plorauit Bessura luctu,
Plorat Adulaea, & ventoso Iamnia caelo,
Plorat & ignaua Iordanis caerulus vnda:
Caelestes plorant oculi, lacrymantur & astra,
Alituumq. chori responsant maesta canentes.
Ipsa etiam sunt visa cauis exire sepulcris
Corpora.

Corpora, non vno velitantia corpora motu,
Perq. vrbes errare nouis simulacra figuris.
Audijt & tellus, disiectaq. marmora longe
Audiuere: nouo miscetur murmure pontus,
Et rumpunt elementa fidem compage soluta.
Dissiliunt montes, & vasti moenia mundi
Dissiliunt. visum est totum discedere Caelum,
Ingentiq. repente sono quassatur Olympus.

CHRISTO REDIVIVO, atque in Caelum ascensuro. PROTREPTICON.

V.



VID nos exanimas? subito quid pectora morsu
Vellis, & ingrata praecordia voce lacessis
Christe parens, iterum mundi surgentis origo,
Vna Dei soboles, hominum tutela salusq.?
Aure ne vera bibo? an potius sibi territus vltro

Aure bibam voces, nec ducam è lumine lucem,
Nec miseras tanto solabor pignore curas.
Quid tantũ merui? quae sunt mea crimina? saltẽ
Isto Nate forem tecum confixa tigillo.
Ducite me, si qua est pietas: libet alta subire
Ligna: libet Nati morientes condere luces,
Florentemq. animam cupidis haurire labellis.
Sidera vestra fides. Caelum tua fulmina: possunt
Caelestes errare orbes, mundoq. vagari
Luna; nec extincto lugent conuexa Magistro?
Hoc cernis sol alme nefas? non lumina condis
Aurea? non verso certas temone reuerti?
Dixerat: & finem querulo dedit ore gemendi:
Ipsae illam valles, ipsa illam culmina montis,
Ipsaq. sunt gemitu longe resecuta fluenta.
Illam Caluariae rupes, collesq. propinqui,
Illam Asane, Azotiq. arces fleuere, Sabeq.,
Engadaq., & Lyde, & desertis Galgala terris.
Nec minus ingenti plorauit Bessura luctu,
Plorat Adulaea, & ventoso Iamnia caelo,
Plorat & ignaua Iordanis caerulus vnda:
Caelestes plorant oculi, lacrymantur & astra,
Alituumq. chori responsant maesta canentes.
Ipsa etiam sunt visa cauis exire sepulcris
Corpora,

Corpora, non vno volitantia corpora motu,
Perq. vrbes errare nouis simulacra figuris.
Audijt & tellus, disiectaq. marmora longe
Audiuere: nouo miscetur murmure pontus,
Et rumpunt elementa fidem compage soluta.
Dissiliunt montes, & vasti moenia mundi
Dissiliunt. visum est totum discedere Caelum,
Ingentiq. repente sono quassatur Olympus.

CHRISTO REDIVIVO, atque in Caelum ascensuro.

PROTREPTICON.

V.



VID nos exanimas? subito quid pectora morsu
Vellis, & ingrata praecordia voce lacessis
Christe parens, iterum mundi surgentis origo,
Vna Dei soboles, hominum tutela salusq.?
Aure ne vera bibo? an potius sibi territus vltro

Ille micantis honor vultus, ea gratia frontis?
Illa ne sunt facibus duo lumina blanda serenis?
Illa ne caesaries, aurum crinale coruscis
Vndiq; distinctum stellis? illae ne decoro
Pictae flore genae? quales ad littora calthas
Iordani generant imbres, animaeq; maritae?
Hi ne pedes orbes soliti calcare nitentes?
Hae ne manus, certa veterem quae lege tumultũ
Discreuere, locisq; suis elementa locarunt
Dissita? quae Caelum viuis pinxere pyropis,
Stellarumq; auro; gemina quae lampade nigrae
Noctis, & aethereae fecerunt tempora lucis,
Et brutam immani librarunt pondere terram,
Caeruleumq; mare, & campos strauere natantes?
Illa nihil: stetit Aegaeo velut aequore cautes
Frigida, & Alpino surgens in vertice saxum.
Mox vbi mẽs animo redit, & vox faucibus aegris,
Dat gemitum, atque alto ducit suspiria corde,
Infabremq; amplexa cedrum, informemq; catastã
Indignos Nati gemitus, tristesq; querelas
Talibus astra ciens singultibus interrupit.

Heu quia nam tali victum te morte Parenti
Nate refers? quem te aspicio pulcherrime Nate?
Aspicio, & viuo sine te lux candida Caeli;

Num

Num vera aspicio? num mentē insomnia ludunt?
Proh crudele nefas, cur sic mea vita repente
Occidis? ah de te quondam quàm vera canebat
Nate mihi senior Vates, cum tristia multum
Admonuit: sed non miseram haec sperare iubebat
Aligerum pennata cohors, quae carmine lusit
Dum primum dias ibas in luminis auras,
Et bene nocturnas agitauit laeta choreas.
Non anus haec responsa mihi cognata, Patrisq;
Nuncius è Caelo retulit mandata sub aures,
Non haec Pastores, non haec Arabes Nabathaei.
Scilicet ò quantum conuerso cardine rerum
Quae fore sperabam, retro sublapsa feruntur.
Quò color ille tuus fugit? quò purpura vultus?
Quò decor ille oris, crinisq; plicatilis aurum?
Illaesum quò frontis ebur, floresq; genarum?
Illa ne Sidonio sunt labra corallina fuco
Ebria, quae miserae strinxerunt vbera matris?
O collum, ò ceruix, ò cerea brachia nati,
O oculi, ò geminum fulgentia lumina sidus:
O frons, ò malae, tantum pallere potestis?
Occidis ah Deus? ah Nate occidis? Ilicet ergo
Tesqua per & dumos: quis me solabitur aegram?
Non ego te posthac cernam mea vita, nec istas

Aure

Aure bibam voces, nec ducam è lumine lucem,
Nec miseras tanto solabor pignore curas.
Quid tantũ merui? quae sunt mea crimina? saltẽ
Isto Nate forem tecum confixa tigillo.
Ducite me, si qua est pietas: libet alta subire
Ligna: libet Nati morientes condere luces,
Florentemq. animam cupidis haurire labellis.
Sidera vestra fides. Caelum tua fulmina: possunt
Caelestes errare orbes, mundoq. vagari
Luna; nec extincto lugent conuexa Magistro?
Hoc cernis sol alme nefas? non lumina condis
Aurea? non verso certas temone reuerti?
Dixerat: & finem querulo dedit ore gemendi:
Ipsae illam valles, ipsa illam culmina montis,
Ipsaq. sunt gemitu longe resecuta fluenta.
Illam Caluariae rupes, collesq. propinqui,
Illam Asane, Azotiq. arces fleuere, Sabeq.,
Engadaq., & Lyde, & desertis Galgala terris.
Nec minus ingenti plorauit Bessura luctu,
Plorat Adulaea, & ventoso Iamnia caelo,
Plorat & ignaua Iordanis caerulus vnda:
Caelestes plorant oculi, lacrymantur & astra,
Alituumq. chori responsant maesta canentes.
Ipsa etiam sunt visa cauis exire sepulcris
Corpora.

Corpora, non vno volitantia corpora motu,
Perq. vrbes errare nouis simulacra figuris.
Audijt & tellus, disiectaq. marmora longe
Audiuere: nouo miscetur murmure pontus,
Et rumpunt elementa fidem compage soluta.
Dissiliunt montes, & vasti moenia mundi
Dissiliunt. visum est totum discedere Caelum,
Ingentiq. repente sono quassatur Olympus.

CHRISTO REDIVIVO, atque in Caelum ascensuro.

PROTREPTICON.

V.



VID nos exanimas? subito quid pectora morsu
Vellis, & ingrata praecordia voce lacessis
Christe parens, iterum mundi surgentis origo,
Vna Dei soboles, hominum tutela salusq.?
Aure ne vera bibo? an potius sibi territus vltro

Fingit cuncta animus partes diuisus in omnes?
Vix Acherontaeis Ducibus, vix Dite subacto,
Existi caecis victor rediuiuus ab antris,
Daedala cum picti te moenia dicis Olympi,
Sidereosq. globos aditurum, & lucida regna,
Vnde mare, & terras caelo sub vtroque iacentes,
Et conuexa poli patria modereris habena.
Quo fugis? an teneo te? te mihi nuper ademptum,
Nunc viuũ,& caeco redeuntem è limine mortis?
Ergo ibis mea vita? ibis? nec te mea vita
Caerula siderei per mundi templa sequetur?
Ah mihi postremas audire, & reddere voces
Si liceat, flauasq. comas, & candida luce
Tempora, purpureasq; genas, & lactea colla,
Et frontis radios, implexaq; crinibus astra
Cernere: proh quanto manarent lumina fletu,
Quosve darẽ amplexus? quantis te denique votis
Vsque fatigarem, caeli ne tecta subires
Tam cito, ne patrias remeares victor ad oras.
Certe ego per Superum sedes, per & auia Caeli,
Aërioq; sequar tractus, cursuq; volantes
Praeuertam Zephyros, rapidiq; volumina Phoebi.
Qualis Bellerophon, quem fabula prisca per altum
Ire ausum memorat, nebulas tranauit & auras
Alige-

Aligero confisus equo, volucriq; iugali;
Talis ego obnixus, conabor in aethera contra:
Sed mihi mens alia est: veris in sidera pennis
Contendam; experiar veros per inane volatus,
Nec pondus tardabit iners, nec flamina Cauri,
Fulguraq;, aut imbres, rapidaeq; incendia flãmae.
At potius tu necte moras Pater optime, longas
Necte moras, libeatq; pedes inhibere volucres,
Et nostras habitare casas, & tecta nocentum
Incolere, atque inter mortales ire labores.
Non etenim mea sunt dia saturata figura
Lumina, non oculos pauit satis ille sereni
Flammeus oris honos, & flaui verticis aurum,
Malarumq; rubor, placidaeq; modestia frontis.
En tibi gratantur reduci, palmamq; ferenti
Gratantur, soluuntq; nouo praecordia cantu
Mortales hodie, veniamq; ad templa precantur.
Te canit occiduis longe qui degit in oris,
Qui colit Atlantẽ, & Libyae tenet arua perustae,
Qui nigram colit Arsinoem, Nilumq; sonantem,
Et Pelusiaci felicia regna profundi.
Qui Gangẽ, Tanaimq. bibunt, Istrumq; rigentem,
Qui septem tolerant sub sidera dura Triones,
Et qui postremo discluditur orbe Britannus.

Ipsa Palaestinis vrbs montibus edita summis,
Quae tibi praeripuit crudeli funere vitam,
Te supplex hodie cantat, tua busta frequenti
Deuenerata choro, blandos incendit odores
Thuris Achaemenij, genibusq; aduoluitur aris.
Sed prima ante alias vrbes, vrbs Dardana, mūdi
Regina, & rerum domitrix, illa inclyta Roma,
Quae regit imperio populos, nutuq; coërcet
Quicquid caeruleis complectitur orbibus aether:
Illa tuos hodie celebrat laetata triumphos,
Illa hodie pompas tua circum altaria ducit,
Laudibus innectens solemni carmine laudes.
Victor io canit in templis; vbi tibia buxo
Vnca gemit, citharaeq; trementia fila sonorae
Tangit ebur, teneris implens concentibus auras.
Victor io recinuntq; fides testudine curua,
Victor io Romana sonat per templa iuuentus,
Atque hilarata tuos numeris inflectit honores.
Dicit vt Infernas domitor delapsus ad oras
Taenarias acies, atque agmina nigra silentum,
Pallentesq; animas, formaeq; tricorporis vmbras,
Harpyiasq; feras, & centum monstra Gigantum
Straueris, & duro deuinxeris aere Tyrannum.
Viceris vt victus, mortemq; vt morte fugaris,

Obdi-

Obditaq; aetherei patefeceris ostia caeli.
Mille alia in numerũ citharis adiuncta canentũ
Argumenta sonant. vnum te carmina dicunt.
Vnum te docto percussi pollice nerui,
Aeneadumq; fides, & Romae plausus ouantis.
Illa tibi templa alta hederis, laureq; coronat
Limina, & in nodum tibi dona comantia veris
Implicat, Oebaliosq; crocos, & vimen acanthi,
Et molles violas, & florem halantis amomi,
Puniceasq; rosas, roseoq; papauera fuco.
Vrit thura focis, tremulisq; opobalsama flammis,
Vrit odorata quicquid Panchäia messe
Colligit, & diti sub gurgite voluit Orontes.
Scilicet & costum, sudataq; thura Sabaeo
Cortice; odorato legitur quod stipite gluten,
Cinnamaq;, & merces Arabũ tecta alta vaporat.
Quid dicam vt Latiae turres; atque Aelia moles,
Inclytus Oenotrio Tyberis quà labitur alueo
Insonat astra ciens, & festo murmure plaudit
Aspera tormentis imitata tonitrua raucis,
Fulguraq;, & dubijs nictantia nubila flammis?
Explicat interea sinuosa volumina telae
Ausonij vexilla Ducis, quae flatibus auster
Implet, & inuoluens mundi per nubila cogit

Burghesias Aquilas, iunctosq. vndare Dracones.
Picta volat vario spirarum percita fluctu,
Et flexu crispata leui Regina volucrum,
Quae Romã fouet amplexu, mundumq. sub alas
Continet, & terris maior super eminet astris.
Sibilat huic iuxta sublato pectoris auro,
Attollitq. iras, & caerula colla tumescit
Insolito splendore Draco, cui Romula cordi
Moenia, terrarumq. incumbit cura labantum.
Quid referam vt pleno spectacula mira theatro
Diues opum cauea in media disponit Iberus,
Quae studio Romana probet succensa iuuentus?
Pegmata tolluntur, nubes tabulata lacessunt
Edita per vacuum caelestibus aemula tectis,
Artificesq. volant ignes, taedaeq; coruscae
Sideris in morem tremuli, stellaeq. comantis.
Tum passim fragor auditur, sonitusq. tubarum,
Et nunc vox eadem, nunc altera verberat astra,
Totaq. nunc circum resonat discordia concors.
Vndique mobilibus pendent funalibus ignes,
Vndique laeuatis lycni specularibus ardent:
Vndiq. felicis stupa ebria lucet oliuo,
Et fax in nitido scintillat fumida vitro.
Stelligerum credas auulsum è sedibus axem

Impe-

Impendere super, geminisq. Trionibus omnem
Illustrare Vrbem, varioq; in limine caeli
Luciferos centum, centumq. nitere Böotes.
Nec minus in templo silicis de semine flamma
Elicitur, supraq. aras accenditur ingens
Cereus, effuso qui lumine compleat aedem.
Talis Palladio, Vestaeq; intenta puella
Aeternas postquam sopitas comperit aras,
Aduolat, & speculo trepidat captare nitenti
Solis ab orbe faces, puroq. in fomite flammas
Excipiens, adytis iterum penetralibus infert.
Haud aliter venas silicis scrutamur, & ignem
Eripimus purum, & prisco de more dicamus;
Dum facit, & sacris operatur rite sacerdos.
Ilicet instabili surgit fax lucida tractu;
Scirpea fila micant, cana quae collita cera
Fingimus in gyrum, & tenero distinguimus auro.
O Pater, ò Deus, ò hominum dignissime custos,
Cui lucem primi sub candida lumina solis
Succendat pia turba aris, & sedula seruet.
Tu lux vera oculis, & sensibus aurea lampas,
Tu caelo radians ignis, quem vepribus altis
Aegypti deserta inter fugientia longe
Fulgentem puer aspexit, pecorisq. magister


Iussus nexa pedum sibi soluere vincula plantis.
Scilicet hunc ignem populus, qui barbara passus
Sceptra Ducũ, & Phario suetus parere Tyrãno est
Iam liber sequitur perplexa per auia tutus,
Per mare caeruleum, dubiae per nubila noctis.
Nam gressum quocunque mouet, quocũque reponit
Castra loco, quocunque vocat sonus aeris acuti,
Praeuius ignis adest, & sole micantior ardet.
Parce tuis ò Niliaco qui littore turmas
Instruis, & contra celeres in puluere currus
Ire iubes Pharao: nequicquã in bella phalanges,
Falcatasq́ rotas, currusq́ insternis equorum.
Ille tamẽ iubet arma viros, capere arma maniplos,
Imperat, & princ ps armata per agmina pergit,
Atro felle madens; & anhela turbidus ira.
Sumunt tela viri, gladiisq́ minantibus instant
Curribus è summis: calamis hic fidit acutis,
Gnosia letiferis quos tinxit dextera succis;
Ille feros committit equos, cristasq́ comantes
Concutit arma ciens, iaculumq́ volatile quassat.
Interea duro defuncta labore iuuentus.
Libera seruitio, diuturnis libera vinclis,
Purpurei tandem maris hospita, littore curuo
Constitit, & rubris iam fessa resederat vndis.

Hoſtis adeſt, validis qui praelia viribus infert,
Elapſaſq; iterum reuocat ſub vincla cohortes,
Et pauidas terret conſerto milite gentes.
Sed Moſes iubet in liquido veſtigia fluctu
Ponere, conclamatq; fugam per caerula ponti,
Per maris inſtabilem molem, campoſq; natantes;
Et virga diffindit aquas: Illae vndique ſiſtunt
Riparum in faciem, vitreiſq; liquoribus alte
Impendent, geminoq; viam dant aequore turmis.
Nec minus ingreditur Nili gens aſpera duris
Irritata odijs, Regemq; ſecuta furentem
Audet ſe liquidis committere credula ripis,
Tramitibuſq; nouis, bifidum quos fecerat aequor.
Ibant praecipiti iam turbine percita fluctus
Agmina per medios, cum gurgite prima ſupremo
Liquitur hinc praeceps, hinc altera voluitur vnda
Voluit equos, voluit currus, confuſa natantum
Voluit tela virum, truncíſq; cadauera membris.
Ilicet Iſacidae labuntur ab aequore tuti,
Et relegunt per ſaxa viam, per inhoſpita montis,
Igne ſuper monſtrante viam, tenebraſq; fugante.
Marmora quid dicam ſubito manãtia rore?
Quid ſcatebras, laticeſq; nouos, quos verbere virgae
Fudit ſciſſa ſilex, atque arida voluit in arua?

Quid


Quid mensas, dapibus populus quas struxit ineptis,
Cum niueus cecidit conferta grandine nimbus
Alcinoi pomis, & nectare dulcior Hyblae?
Haec olim Patribus sunt reddita munera priscis,
Quos noua de caelo fax longa per auia duxit
Ad patrios Syriae fines, vbi roscida truncis
Stabant mella cauis, vbi pingui riuus oliuo,
Et spumans plenis ibat vindemia labris.
Nunc eadem nos illa vocat vis ignea Patris
Per dubios vitae scopulos, per & aequora monstris
Opportuna feris, tenebras per noctis opacae
In superos orbes, & in aurea sidera caeli.
Non vitae fraudes illuc, non aegra senectus,
Non luctus, non morbus adit, non turpis egestas,
Non vesana fames auri, non dira cupido,
Et centum quae corda premunt mortalia curae.
Non ibi nimbifero suspirant flamine Cori.
Nec mala tempestas, nec vis furit aspera ponti,
Nec montes nix alta tegit, camposq. pruina.
Quin etiam durae sunt obdita limina morti;
Quaeq. domat mortale genus, quae cõterit omnia
Hic teritur, perditq. ferox data iura nocendi.
Illic purpureis collucent arua rosetis:
Fragrat humus violis, & molli pinguia musco
Prata

Prata virent, ludítq. fugax è fontibus vnda.
Illic concretis è cortice balsama guttis,
Desudata fluunt; illic per amaena viarum
Felices animae iucunda obliuia potant.
Tempus erit cum regna super flammantis Olympi
Sidereos inter proceres, & clara piorum
Concilia adscripti, mistiq. videbimur illis
Vndiq. purpurea radiorum aspergine tacti
Ducentes riguam diuino è lumine lucem.
Interea miseras collustra lampade terras,
Et radijs perfunde tuis, & limina caeli
Serus adi: neu te iam crimina nostra perosum
Ocyor aethereas Zephyrus subuectet in oras
Sublimem ventorum alis, & nube curuli.



IN ANNVNCIATIONE
Beatae Virginis.

EPITHALAMIVM.
IV.



[illegible] mundo redijt
[illegible] Caelo
[illegible], Zephyriq; leues
[illegible];
[illegible] Cyn-
[illegible].
[illegible] in corpore sensus
[illegible] ad [illegible] vires.
[illegible] terris;
[illegible] salicta,
[illegible].
[illegible] sub [illegible] auras
[illegible] sua sidera circo,
[illegible] liquentem
[illegible].
[illegible] sub nube serena
[illegible] imbri
[illegible] Virginis aluum.

Hic

Hic hodie Deus est: ò formosissima Virgo
O Caeli decus, ò Mundi spes aurea salue
Regum progenies pulcherrima Heroina.
Non tibi Castalias diductum carmen ad vndas
Exigit humani vatis solertia, non tu
Nostrae laudis eges, festus cui murmurat aether,
Et canit in numerum resoni concordia Caeli,
Aligeriq; Chori, superum plaudente chorea.
Ergo age Caelituum referamus pectoris ignes,
Quos simul hauserunt in viscera, cum bona Virgo
Plena Deo propiore, oculorum bina reponens
Sidera, & Assyrio perfundens ora rubore,
Nec mortale sonans totam se Numinis almi
Finxit ad arbitrium, magniq; Ancilla Parentis
Intonuit facilis, dixitq; potissima verba.
Cum Gabriel superum ante alios fidissimus vnus
Per Zephyros, perq; astra celer, per caerula mũdi,
Perq; leues auras aeterni iussa Tonantis
Detulit, & Diuae bibulas demisit in aures.
Ibat sublimis pictis pulcherrimus alis
Sidereus Iuuenis vultum, frontemq; decorus,
Spectandus pluma, tenero spectabilis ore.
Dulce oculi rident, roseoq; inducitur igni
Oris honor nitidi, dubiam & lanuginis vmbram

Caesa-

IN ANNVNCIATIONE Beatae Virginis.

EPITHALAMIVM.

I V.



ER placidum mundo rediit mitissima Caelo
Temperies, Zephyriq; leues brumaeq; tepentes;
Alipedesq; cies renouauit Cynthius annum.
Vere vacant Animi, vegetiq; in corpore sensus
Ver agitant, reparantq; habiles ad munia vires.
Vere tument rerum genitalia semina terris;
Vere natat Caelo volucris, reuirentq; salicta,
Et nemoris niueo canescit filia flore.
Vere tener liquidas venit sub luminis auras
Orbis, & aethereo data sunt sua sidera circo,
Arua suum, plantasq; suum Pontumq; liquentem
Vere superfusum perhibent cepisse nitorem.
Vere Deus, quid plura moror? sub nube serena
Aureus allapsu, roseoq; simillimus imbri
Fusilis, in tenerae defluxit Virginis aluum.

Hic

Hic hodie Deus est: ò formosissima Virgo
O Caeli decus, ò Mundi spes aurea salue
Regum progenies pulcherrima Heroina.
Non tibi Castalias diductum carmen ad vndas
Exigit humani vatis solertia, non tu
Nostrae laudis eges, festus cui murmurat aether,
Et canit in numerum resoni concordia Caeli,
Aligeriq; Chori, superum plaudente chorea.
Ergo age Caelituum referamus pectoris ignes,
Quos simul hauserunt in viscera, cum bona Virgo
Plena Deo propiore, oculorum bina reponens
Sidera, & Assyrio perfundens ora rubore,
Nec mortale sonans totam se Numinis almi
Finxit ad arbitrium, magniq; Ancilla Parentis
Intonuit facilis, dixitq; potissima verba.
Cum Gabriel superum ante alios fidissimus vnus
Per Zephyros, perq; astra celer, per caerula mũdi,
Perq; leues auras aeterni iussa Tonantis
Detulit, & Diuae bibulas demisit in aures.
Ibat sublimis pictis pulcherrimus alis
Sidereus Iuuenis vultum, frontemq; decorus,
Spectandus pluma, tenero spectabilis ore.
Dulce oculi rident, roseoq; inducitur igni
Oris honor nitidi; dubiam & lanuginis vmbram

Caesa-

IN ANNVNCIATIONE Beatae Virginis.

EPITHALAMIVM.

IV.



ER placidum mundo rediјt mitiſſima Caelo
Temperies, Zephyriq; leues brumaeq; tepentes;
Alipedeſq; cies renouauit Cynthius annum.
Vere vacant Animi, vegetiq; in corpore ſenſus
Ver agitant, reparantq; habiles ad munia vires.
Vere tument rerum genitalia ſemina terris;
Vere natat Caelo volucris, reuirentq; ſalicta,
Et nemoris niueo caneſcit filia flore.
Vere tener liquidas venit ſub luminis auras
Orbis, & aethereo data ſunt ſua ſidera circo,
Arua ſuum, plantaſq; ſuum Pontumq; liquentem
Vere ſuperfuſum perhibent cepiſſe nitorem.
Vere Deus, quid plura moror? ſub nube ſerena
Aureus allapſu, roſeoq; ſimillimus imbri
Fuſilis, in tenerae defluxit Virginis aluum.

Hic

Hic hodie Deus est: ò formosissima Virgo
O Caeli decus, ò Mundi spes aurea salue
Regum progenies pulcherrima Heroina.
Non tibi Castalias diductum carmen ad vndas
Exigit humani vatis solertia, non tu
Nostrae laudis eges, festus cui murmurat aether,
Et canit in numerum resoni concordia Caeli,
Aligeriq; Chori, superum plaudente chorea.
Ergo age Caelituum referamus pectoris ignes,
Quos simul hauserunt in viscera, cum bona Virgo
Plena Deo propiore, oculorum bina reponens
Sidera, & Assyrio perfundens ora rubore,
Nec mortale sonans totam se Numinis almi
Finxit ad arbitrium, magniq; Ancilla Parentis
Intonuit facilis, dixitq; potissima verba.
Cum Gabriel superum ante alios fidissimus vnus
Per Zephyros, perq; astra celer, per caerula mūdi,
Perq; leues auras aeterni iussa Tonantis
Detulit, & Diuae bibulas demisit in aures.
Ibat sublimis pictis pulcherrimus alis
Sidereus Iuuenis vultum, frontemq; decorus,
Spectandus pluma, tenero spectabilis ore.
Dulce oculi rident, roseoq; inducitur igni
Oris honor nitidi; dubiam & lanuginis vmbram

Caesa-

IN ANNVNCIATIONE Beatae Virginis.

EPITHALAMIVM.

IV.



ER placidum mundo rediji mitissima Caelo
Temperies, Zephyriq; leues brumaeq; tepentes;
Alipedesq; cies renouauit Cynthius annum.
Vere vacant Animi, vegetiq; in corpore sensus
Ver agitant, reparantq. habiles ad munia vires.
Vere tument rerum genitalia semina terris;
Vere natat Caelo volucris, reuirentq; salicta,
Et nemoris niueo canescit filia flore.
Vere tener liquidas venit sub luminis auras
Orbis, & aethereo data sunt sua sidera circo,
Arua suum, plantasq; suum Pontumq; liquentem
Vere superfusum perhibent cepisse nitorem.
Vere Deus, quid plura moror? sub nube serena
Aureus allapsu, roseoq; simillimus imbri
Fusilis, in tenerae defluxit Virginis aluum.


Hic

Hic hodie Deus est: ò formosissima Virgo
O Caeli decus, ò Mundi spes aurea salue
Regum progenies pulcherrima Heroina.
Non tibi Castalias diductum carmen ad vndas
Exigit humani vatis solertia, non tu
Nostrae laudis eges, festus cui murmurat aether,
Et canit in numerum resoni concordia Caeli,
Aligeriq; Chori, superum plaudente chorea.
Ergo age Caelituum referamus pectoris ignes,
Quos simul hauserunt in viscera, cum bona Virgo
Plena Deo propiore, oculorum bina reponens
Sidera, & Assyrio perfundens ora rubore,
Nec mortale sonans totam se Numinis almi
Finxit ad arbitrium, magniq; Ancilla Parentis
Intonuit facilis, dixitq; potissima verba.
Cum Gabriel superum ante alios fidissimus vnus
Per Zephyros, perq; astra celer, per caerula mũdi,
Perq; leues auras aeterni iussa Tonantis
Detulit, & Diuae bibulas demisit in aures.
Ibat sublimis pictis pulcherrimus alis
Sidereus Iuuenis vultum, frontemq; decorus,
Spectandus pluma, tenero spectabilis ore.
Dulce oculi rident, roseoq; inducitur igni
Oris honor nitidi; dubiam & lanuginis vmbram

Caesa-

Quid mensas, dapibus populus quas struxit ineptis,
Cum niueus cecidit conferta grandine nimbus
Alcinoi pomis, & nectare dulcior Hyblae?
Haec olim Patribus sunt reddita munera priscis,
Quos noua de caelo fax longa per auia duxit
Ad patrios Syriae fines, vbi roscida truncis
Stabant mella cauis, vbi pingui riuus oliuo,
Et spumans plenis ibat vindemia labris.
Nunc eadem nos illa vocat vis ignea Patris
Per dubios vitae scopulos, per & aequora monstris
Opportuna feris, tenebras per noctis opacae
In superos orbes, & in aurea sidera caeli.
Non vitae fraudes illuc, non aegra senectus,
Non luctus, non morbus adit, non turpis egestas,
Non vesana fames auri, non dira cupido,
Et centum quae corda premunt mortalia curae.
Non ibi nimbifero suspirant flamine Cori.
Nec mala tempestas, nec vis furit aspera ponti,
Nec montes nix alta tegit, camposq. pruina.
Quin etiam durae sunt obdita limina morti;
Quaeq. domat mortale genus, quae cōterit omnia
Hic teritur, perditq. ferox data iura nocendi.
Illic purpureis collucent arua rosetis:
Fragrat humus violis, & molli pinguia musco
Prata

Prata virent, ludit'q. fugax è fontibus vnda.
Illic concretis è cortice balsama guttis,
Desudata fluunt; illic per amaena viarum
Felices animae iucunda obliuia potant.
Tempus erit cum regna super flammantis Olympi
Sidereos inter proceres, & clara piorum
Concilia adscripti, mistiq. videbimur illis
Vndiq. purpurea radiorum aspergine tacti
Ducentes riguam diuino è lumine lucem.
Interea miseras collustra lampade terras,
Et radijs perfunde tuis, & limina caeli
Serus adi: neu te iam crimina nostra perosum
Ocyor aethereas Zephyrus subuectet in oras
Sublimem ventorum alis, & nube curuli.



IN ANNVNCIATIONE Beatae Virginis.

EPITHALAMIVM.

IV.



ER placidum mundo rediȷt mitiſſima Caelo
Temperies, Zephyriq; leues brumaeq; tepentes;
Alipedeſq; cies renouauit Cynthius annum.
Vere vacant Animi, vegetiq; in corpore ſenſus
Ver agitant, reparantq. habiles ad munia vires.
Vere tument rerum genitalia ſemina terris;
Vere natat Caelo volucris, reuirentq; ſalicta,
Et nemoris niueo caneſcit filia flore.
Vere tener liquidas venit ſub luminis auras
Orbis, & aethereo data ſunt ſua ſidera circo,
Arua ſuum, plantaſq; ſuum Pontumq; liquentem
Vere ſuperfuſum perhibent cepiſſe nitorem.
Vere Deus, quid plura moror? ſub nube ſerena
Aureus allapſu, roſeoq; ſimillimus imbri
Fuſilis, in tenerae defluxit Virginis aluum.

Hic

Hic hodie Deus est: ò formosissima Virgo
O Caeli decus, ò Mundi spes aurea salue
Regum progenies pulcherrima Heroina.
Non tibi Castalias diductum carmen ad vndas
Exigit humani vatis solertia, non tu
Nostrae laudis eges, festus cui murmurat aether,
Et canit in numerum resoni concordia Caeli,
Aligeriq; Chori, superum plaudente chorea.
Ergo age Caelituum referamus pectoris ignes,
Quos simul hauserunt in viscera, cum bona Virgo
Plena Deo propiore, oculorum bina reponens
Sidera, & Assyrio perfundens ora rubore,
Nec mortale sonans totam se Numinis almi
Finxit ad arbitrium, magniq; Ancilla Parentis
Intonuit facilis, dixitq; potissima verba.
Cum Gabriel superum ante alios fidissimus vnus
Per Zephyros, perq; astra celer, per caerula mūdi,
Perq; leues auras aeterni iussa Tonantis
Detulit, & Diuae bibulas demisit in aures.
Ibat sublimis pictis pulcherrimus alis
Sidereus Iuuenis vultum, frontemq; decorus,
Spectandus pluma, tenero spectabilis ore.
Dulce oculi rident, roseoq; inducitur igni
Oris honor nitidi, dubiam & lanuginis vmbram

Caesa-

Caesaries intonsa tegit, longumq; fluentes
Lambunt colla comae, perq. aurea tēpora serpunt.
Impubesq. genas niueo candore decentes.
Sic Regina nitet stellarum Luna bicornis
Nocturno cum pura mari, stagnoq. nitenti
Imminet è caelo tremula cum lampade, & vndis
Concolor in fluctus argentea lumina vibrat.
Ille volat magnumq. Notis per inane coactis
Scindit iter tutum conuexa per ardua, donec
Staret Idumeam supra sublimibus alis.
Huc vbi concessit victor regione potitus
Condicta Libanumq. inter, placideq. sonantem
Iordanem, aduertit terras, quas inclyta Virgo
Incolit exiguis tectis, ac paupere cultu.
Digna tamen dominari astris, sceptrisq. potiri
Aeternis, caeliq. orbes calcare iacentes.
Hanc adit Alipotens reputantem certa suorum
Dicta Patrum, & priscis oracula vatibus olim
Reddita: quam castas subito compellat ad aures
Nuncius aeterni referens mandata Parentis.
Olli cana micant radianti lilia dextra,
Suada sedet labris, & lactea copia linguae,
Diuiniq. fluunt rores è fonte perenni.
Protinus insequitur pictis exercitus alis.

Penna-

Pennatiq. ruunt Iuuenes per nubila, & aedes
Virginis insertim centum impleuere manipli.
Ac veluti ex alto cycni cum nota Caystri
Stagna petiit, & amata vndis vada Mincia puris
Praecipiti pennas agitant per aperta volatu.
Et iam propter humũ fugiunt, iã culmina montis
Summa terunt, iamq. elati sublime feruntur
Astra super, donec fluuio potiantur amaeno.
Certatimq. leues vitrea mergantur in vnda.
Haud aliter caeli Volucres pennata Iuuentus
Sensibus icta nouis molitur in aëre gressus,
Nec mora, nec requies, Diuae subit incita sedem;
Sedem, quae caelũ aequiparat, quae lucida vincit
Sidera, quae ducit Superum in sua vota Tonantẽ.
Et iam magna Patris Gabriel mandata iubentis
Fecerat, & dius felicem influxerat aluum
Spiritus, impleratq. potenti viscera foetu
Ille vigor, vigor omnipotens, vigor actus Olympo:
Nec tamen aethereae Mentes ad certa recurrunt
Munia, nec repetunt radiata volumina Caeli:
Sed defixa haeret pubes, & ab ore decenti
Pendet, & in Diuam tenero suspirat amore,
Diuinosq. ignes oculis sitientibus haurit.
Tantus honor vultus, tanta est reuerentia frontis.

His

Hic canit in numerum, sedéq; hic ponere, & almos
In statione dies traducere vellet: ab alto
Huc niueae coïere manus, huc vena beati
Nectaris, huc vulgo delapsa est viua voluptas,
Diuinisq; melos concentibus aëra mulcens.
Est locus aetherei trans Daedala moenia mundi
Lunam vltra, Veneremq; vltra, stellasq; volantes
Crystallo laeuis, gemmisq; insignis, & auro,
Lucidus electro, & lento nitidus argento:
Nablia quem pendent circa, citharaeq;, lyraeq;,
Cymbalaq;, & litui graciles, & buccina curuum
Tortilis in gyrum, quae turbine crescit ab imo.
Hic tuba rauca sonans, hic tibia laeuis oliua,
Hic chelys, hic arguto fila sonantia plectro:
Quae Superi pulsant, vbi festo murmure Caelum
Plaudit, & aeterno recinunt sua carmina Regi.
Virginis haec almae caelo delata sub aedes
Siderei Volucres agitant, digitisq; canoris
Barbita, Lesboum superant quae pollicis ictum,
Sollicitant, quibus vna altas in luminis auras
Telleris ò Virgo, canerisq; & diceris vna.
Quos inter bello Michäel bonus, & bonus hasta,
Insignis clypeo, clypeo septemplicis orbis
Sed posito, positoq; graui cum casside telo,

Imbel-

Imbellem tractat citharam, neruosq́ sonantes,
Vocalemq́ lyram, quibus acres sistere cauros
Possit, & iratas pelago mulcere procellas.
Tum sic Virgineum aspectãs iubar incipit: aurae
Quo cantu siluere omnes, pictaeq́ volucres,
Fluminaq́, & memorum frondes, laeuũq́ susurro
Intonuit caelum: responsant littora circum,
Responsant valles, vocis responsat imago,
Nereusq́, Oceanusq́, & fluctisona Amphitrite.
Hic hodie Deus est: hodie qui lentus amabat
Laetus amet, quiq. exacto non tempore amabat
Primũ amet: atque auido perspectet lumine Diuã,
Diuam imo metuendã Erebo, Caeloq. verendam,
Caelicolis iacientem acres sub pectora flammas.
O lux eximia, ò mundi tutela, salusq́,
O superi fax viua Chori, forma inclyta cuius
Continet exiguo gyro, tenuiq. cõercet
Orbe, serenato quicquid super aethere fulget;
Quicqd Erytraea, quicquid Rubra innatat vnda,
Quicquid Arabs, Medusq. legit, Seresq. Sophenaeq.
Intonsusq. Cilix, & odoriferi Nabathaei.
Nimirum hic Deus est: hodie qui lentus amabat,
Laetus amet; quique exacto non tempore amabat
Primum amet. Hic roseis scintillat gratia labris,

Hic ebur, atque ebori conserta corallia collo;
Et casiae molles, & odorae copia nardi,
Implexaeq. crocis myrti, implexiq. hyacinthi,
Narcissusq. comans, & cinnama olentia late,
Et thymbrae suaues & odoriferae panaceae,
Malarumq. niues, atque oris amabilis ostrum.
Nimirum hic Deus est, hodie qui lentus amabat
Laetus amet; quiq. exacto non tempore amabat
Primum amet. Albenti fulgent hic lilia fronti,
Sidereaeq. oculis flammae, geminoq. sub arcu
Effulgent ebeno cilia, ambrosijq. liquores
Ore fluunt: superi credas huc Numinis vna
Artifices coijsse manus, mentemq. magistram.
Nimirum hic Deus est. hodie qui lentus amabat
Laetus amet, quiq. exacto non tempore amabat
Primũ amet. En hodie Deus; En sub viscere caeco
Clauditur, & sensim carpens alimenta liquentes
Virginis exugit venas vigor ille, & ab aluo
Conaturq. viam, liquidamq. aspirat in auram.
Interea tamen è tenebris è carcere ventris
Astra regit, pontũq. regit, trifidoq. Erymanthum
Igne ferit: premit hunc in Tartara, & asserit illũ;
Non minus ad superos, caecae quam fortis in aluo
Virginis illaesae, cui se sine labe pudoris

Miscuit

Miſcuit Omnipotens, thalamiſq. recumbit in atris.
Hic hodie Deus eſt. hodie qui lentus amabat
Laetus amet: quiq. exacto non tempore amabat
Ptimum amet. Edura quondam cum cote ſagittas
In terris portabat amor puer ille, pharetra
Nobilis, & facibus: qualem volitaſſe per orbem,
Et duxiſſe amplos, populo plaudente, triumphos
Finxit priſca aetas, veterũ & mendacia Vatum.
Ite procul fraudes: Deus eſt tua praeda, manuſq.
In tua tradit Amor iam victum vincula Numẽ.
Cinge triumphali victor tibi tempora lauro,
Et gemina rutilos penna variante capillos,
I leuis, & niueos agita ſuper aſtra iugales.
Hic amat. hic hodie Deus eſt: qui lẽtus amabat
Laetus amet, quiq. exacto non tempore amabat
Primũ amet. En hodie fulgẽt noua gaudia ab alto,
En amat aſtriferi nitor aetheris; ignea ſenſu
Sollicitata nouo, diuino & vulnere tacta
Sidera amant, caeliq. oculi, flammaeq. coruſcae,
Caeleſtes & amant Mentes, & amare videntur
Diſſita, quae foedus iungunt elementa fidemq.
Natura en amat inferior terraeq. iacentes,
En tamarix, en myrtus amat: nigraeq. cupreſſi,
Et lentae ripis ſalices, & aquatica lotos,

Verticibusq. sati frutices, & dura vetustis
Robora amant ramis: nectunt per mutua lauri
Brachia; fraxineo respirat fraxinus ictu,
Et cerrus cerris, alnoq. remurmurat alnus.
Nimirũ hic amat, hic Deus est: qui lētus amabat
Primũ amet. Atque haec effatus dedit ore loquēdi
Finem, & solliciti pressere silentia nerui.
Sed tamen assensu responsat turba canentum,
Nec potis est citharis socias abiungere voces.
Ac ni picta vocent solito viduata colono
Sidera, caelestesq. orbes, sedesq. nitentes,
Cantet adhuc, tentetq. fides, neruosq. lacessat.
Sed vocat aeterni domus aetheris, ardua poscunt
Tecta Ducē: iuuat ire altũ, atque immensa secare
Aurarum spatia, & celsis in nubibus albos
Alternare humeros, & nubila linquere, & Euros,
Et mundi superare vias, & candida regna,
Crystalliq. rotas; sic imperat aurea nutu
Qui mundi conuexa regit, qui lucida versat
Astra supercilio superũ Pater, atque hominũ Rex.



IN

IN VISITATIONE Beatae Virginis.

MONTANA.

VII.



N montana fugit miseri lux aurea mundi.
Haec certè deserta loca, haec iuga amica canenti
Iordanem, Libanumq; intra, palmisq; comantem
Samariam, dum rura calor, dum brachia Cancri
Terram vrunt mediam, tenui perflantur ab aura,
Surgentesq; vident alieno tempore messes.
Hic rerum facies noua; sinceriq; lepores,
Caelestumq; decor, vitaeq; beata voluptas
Ecce super colles, montanaq; culmina visa est.
Scilicet à patrio venit Galileia Virgo
Limine, postquam altos sensit sub pectore motus;
Numinis & magni propiori est percita flamma,
Vt fessam matronam annis, & stirpe propinquam
Elisaben, verbisq. senem affaretur amicis.
Te Selmon super o Virgo, Taburumq. virentē,

Carmelumq. sequor supra, super ardua Sichen,
Et super Hermonium, Libaniq. feracia saxa,
Ipsa licet volucri transcendas culmina tractu,
Cuncta licet celeri superes saxeta volatu:
Qualis dama iugis, qualis tener hinnulus aruis
Insultat, tumulosq. leui velocior aura
Diffugit, & cursu validos praeuertitur Euros.
At vos ò toto dispersi vertice montis
Caelicolae, quos summa vocant ad gaudia terrae,
Numquid in his Virgo fecit vestigia siluis?
Quos tenuit saltus, aut quos terit incita calles?
Quosue habuit comites, caeli qua parte recessit?
An spectanda petit Remethia littora pomis,
An Sembron praetergreditur, Dothamq. beatam,
An Cedar, Nalöenq. altam, Nasonaq. summis
Rupibus aëriam, Bethagumq. Hormãq. nitentes,
Culta vbi sustollunt campi flauentis aristas?
An Sipabota tenet, desertaq. Gelboa transit,
An Molodam, Saröemq. astris felicibus oras,
Et quae palmiferae surgunt centũ oppida Idumes,
Ruraq. odoriferis Arabum vicina viretis?
Dicite numquid in hos adijt Virgo aurea colles?
Num Sirbonis aquas, medico num fonte salubrem
Callirhöen, Paniumq., vitro qui purior effert

In conuallem vndas, aeternaq. flumina fingit?
An colles Lidda ampla tuos, Casiumq. minantem
Nubibus, Azotumq. iugis extantibus altum,
Thamniticasq. domos, & Ioppica tecta frequẽtat?
Dicite nec dubijs Dominam cognoscite signis.
Fusca olli facies, sed formosissima semper
Lux sequitur, caeliq. nitor nigra ora colorat,
Qualia sub dio tetris fuscata procellis
Purpureis olim obduxit tentoria velis
Formosus Salomon, fortunatissimus Heros.
Illa rosas malis praefert, mistumq. papauer,
Niliacumq. ebenum cilijs, colloq. monile
Vndiq. distinctum baccis, quas India nunquam,
Nunquam in Erytraeo piscatur littore Persa,
Nec piscatur Arabs, nec diuitis accola Gangis.
Lumina sunt Veris violas imitantia nigras,
Mollia, ceu pullas fundunt vacinia frondes,
Aut oculos qualis tollit, ponitq. tuendo
Sancta columba Syris, patrias intacta per Vrbes.
Labra rubent qualis vitulas ad templa litanti
Vitta sacerdoti subtegmine purpurat aureo,
Qualia Punicei radiant grana aurea mali
Abdita corticulis, tenereq. intersita libro;
Qualia Sardois ramosa corallia saxis.

Cetera quid dicam? species pulcherrima tota est.
Tota nitet. qualis Galaditi è gurgite tonsa
Surgit ouis quondam fluuio mersata salubri:
Qualia per valles paliuros inter acutos,
Lappasq. tribulosq. inter, spinosaq. culta
Nascuntur teneris argentea lilia nodis,
Fusilibus micat illa astris tota aurea, tota
Sole rubens, interq; comas errare videntur
Sidera, sub pedibusq; nitens albescere Luna.
Haec si vestra super graditur montana puella,
Virgineum retinete gradum, prohibete volatum
O quisquis latitas aspreta per obsita, quisquis
Saxa beata colis, baccataq; collibus arua;
Mox sequar, & quãquam spatio discludor iniquo,
Difficiles tentabo aditus, faucesq. malignas,
Factaq; non paribus relegam vestigia plantis.
Est locus arboreas inter densissimus umbras
Montis ad extremum, tumulis vbi lenibus arces
Elisabe, sanctusq. tenet pia limina vates.
Speluncae, viuiq; lacus, scatebraeq; sonantes
Stant circum, iliceaeq. comae, siluaeq. colurnae
Impendent scopulis, & molli consita musco
Scena coronat aquas; curuisq; vmbracula ramis
Palma facit, citrusq. comis florentibus albet.

Huic

Huic vbi successit defessa ambage viarum
Dina loco; simul accessit decor additus vndis,
Additus & palmis honor; addita forma cupressis,
Addita fer ilibus species oleagina truncis;
Insitus & sulcis vigor, insita gratia campis.
Sponte virent segetes, & spica Cilissa repente
Nascitur, & Narcissus & Oebalides Hyacinthus,
Et Tragico scriptus questu Salaminius Aeas,
Milliaq. Herouum mendacia nomina, flores.
Excurrunt sine labe lacus, sine murmure riui
Inter populeasq; comas, calamosq; sonantes,
Inter arundineos, salicisq. virentis honores.
Obstupuit natura l ci. stupet inscia tellus
Iam bifera, & ramis stupuit frondentibus arbor;
Miraturq; nouos foetus, & non sua poma.
Interea nemore in medio placidissima Virgo,
Ipsa locum sortita oculis, malumq. virentem,
Languida florifero deponit cespite membra,
Gramineoq. toro, truncoq. incumbit olenti.
Et geminos tollens oculos quà vimine molli
Mutua connectunt inter se brachia rami,
Pomaq. purpureo suspendunt ebria fuco,
Talibus auritas permulsit cantibus auras:
O ego quam dulci permittam brachia somno

Hic

Hic vbi diuino Zephyrus blanditur amanti
Flamine, vbi ramos incuruat silua comantes.
Ecce super frondes pendentibus vndique malis,
Meq. soporatam, fessamq. errore viarum
Arboris vmbra tegit, tota quam mente petiui.
Ite Palaestinae deserta per auia Nymphae,
Carpite florentem cytisum, niueumq. ligustrum,
Et teneram casiam, & cerinthae flexile gramen,
Et thymbras suaues, iunctisq. sisimbria calthis,
Et cistas onerate, & arundineos calathiscos;
Meq. aegram fulcite rosis, malisq. decoris
Languentem stipate: meus quae munera profert
Grata frutex: cessatis adhuc? cessatis? amore
Cernitis vt toto liquuntur corpore membra,
Cordaq. deficiunt riguo labefacta sopore?
Dixerat. Aligerumq. chorus responsat ab astris,
Et Syriam super impendens, libratur in alas,
Ningit & in gremium sopitae Virginis almo
Imbre: pluit roseos onychis sudantis honores,
Et super inuertunt calathos: stat lucidus illi
Flore sinus; qualis conchili murice tinctus
Enituisse torus Salomoni dicitur olim,
Quem circa tornatae ebore, argentoq. politae
Stabant, & mira fulgentes arte columnae.

Aliger

Aliger hic iuuenum chorus incipit; aurea fila
Sollicitat, pellitq. habiles ad carmina chordas.
Dormit cura Patris sũmi: Virgo inclyta dormit:
Dormit in angusta tantus Deus abditus aluo.
Ite animae celeres, alium migrate sub orbem:
Vos Austri Libyae, Scythici vos sibila cauri,
Vos teneri nemoris Ceruae, Capreaeq. sequaces,
Vos siluae procul horrisonae obtestamur & vndae,
Vos iuga; ne vestris expergefacta susurris
Tam bona corrumpat vinctae solamina mentis.
Cernitis aetherei comites quae montibus infert
Alma pedẽ, per & arua volat, per & auia Idumes
Delicijs stipata suis, laeta vbere caeli,
Vbere telluris, Diuisq. simillima Virgo?
Talis mista focis fumo respergit odoro
Thurea gutta olim laqueata, aurataq. templa,
Cum trepidat, nimboq. leui liquata resudat.
Talis rorifera Cypro stat nobilis hortus;
Consitae vbi teneras grauido de palmite vites
Suspendunt variae baccas, preciaeq. lageosq.,
Ammineaeq.; aureis onerat quas vua racemis.
Talis nata Cades frondoso in vertice palma,
Aut rosa Paestanis melior Hiericuntia surgit,
Aut olea in campis vernat rediuiua Damasci.

O quam

O quam te memorem, nostros quae candida saltus
Diua beas? Non sic Libano stat cedrus in alto
Florida, vel Saro felix in monte cupressus
Ardua, vel valles inter terebinthus amoenas.
Talia Caelituum monuit symphonia concors,
Dum tereti recubat malo, dum insomnia potat
Illa sua, & toto fertur mens auia caelo.
Crediderim siluas numerosa in sibila ramos,
Inq; nouas buxum mutasse cacumina voces,
Et cecinisse nouo labentes murmure lymphas.
Ipsae etiam numeris implerunt arua sonoris,
Et vario volucres geminarunt carmina cantu,
Ante alias Phoenix: illis quae forte diebus
Venerat in Syriam, putrem positura senectam.
Illa etenim, vt perhibent, solis in montibus oras
Possidet intactas trans Indum, Eurumq. rubētem
Par auis aethereis astris, diuturnior aere,
Ipsa sibi genitrix semper, semperq. propago.
Olli cognato scintillant lumina Sole,
Et capiti cristatus apex, radijsq. corona
Emicat insignis; viridi stant rostra smaragdo,
Et rutila cuspis gemma, colliq. monile
Natiuo plumas inter distinguitur auro.
Caeruleae surgunt pennae gemmantibus alis,

Crura

Crura tegunt squamae flauo variata metallo,
Caudaq. porrigitur maculis interlita rubris.
Effigies inter Iunonis mista figuram
Alitis, & mistam terra quae Colchide viuit
Phasidis inter auem. Cum mille peregerit annos,
Cum iam mille vias longinqua relegerit aetas,
In Syriam pennis fertur grandaeua vetustis,
Phoenicemq; petit, terrae cognominis herbas
Vt legat arentes, viuacesq; excitet ignes
Iam senium positura rogo, iam fronde Sabaea
Natales habitura vices, floremq; iuuentae.
Nunc volucres inter Diuam peregrina salutat
Cantibus, Idaeus quos non imitetur alumnus
Carmine, Cirrhaeis nec musica cornua possint
Adsimulare modis; nec adunco tibia buxo,
Nec moriens olor, aut Cyllenia fila referre.
Et quanquam humanis effingere voce figuras
Vocibus haud similes potis est; dulcedine laeta
Illa tamen praeter solitum super arbore sidens,
Sic est visa loqui: sonus est pro voce canorus.
Inuideo vobis auiaria, culmina vobis
Inuideo, & pridem cultae me poenitet orae,
Ille licet primo felix oriente reductus
Totus luce rubens, circumfluus aequore totus,

Nec

Nec patiens Cauri, nec adustus sole propinquo
Sit locus, & vario cumuletur munere caeli,
O felix, ô ante alias pulcherrima Virgo,
Caelicolum Regina; hodie de millibus vnam
Te tandem aspicio, roseo dum monte profecta
Ad Syrias oras, & busta beata reuertor.
O vtinam nostros adeas visura Penates,
Quò non dura vocant Phoebi me iussa parentis:
Alma dies veniet tecum, & lux gratior aruis,
Et noua odoriferis erumpent germina glebis,
Reginam testata hominum, caeliq. potentem.
Haec te digna plaga. hic famulis ego sedula plu-
Sēper ero: ne sperne meos bona Diua recessus. (mis
Est mihi virginitas aeternis florida saeclis:
Foedera nulla colo, connubia nulla mariti,
Mors mihi coniugium, vita est in coelibe vita.
Vnica dicor auis, quam cetera turba veretur.
Tu quoque femineos inter celebrare maniplos
Vnica; femineae caneris pars vnica laudis,
Diceris & felix turbae Regina minoris.
Dixerat. & circa tremulis modulātia linguis
Sibila praetentant volucres, laetumq. remugit
Omne nemus: flexere comas palmeta fluentes,
Vallesq. assensere cauae, collesq. supini.

Audijt

Audijt assensum Elisabe, quae vertice summo
Coniuge cum sancto montana beata tenebat;
Et iam corda micant, saliunt iam pectore fibrae,
Iam salit & tota matris puer excitus aluo:
Lucem optat, caeliq. velit conuexa tueri.
At quae mista senex haec inter verba sacerdos
Fuderit, & mundi reserarit saecla futuri
Numinis afflatu, non est mihi dicere promptum,
Certe inhiat, lucemq. videt: sed vincula linguae
Impediunt, vocem tamen increpat ille morantem,
Conaturq. tamen, perculsus corda noua vi.

DE SANCTO IOANNE Euangelista.

PANEGYRICVS. VIII.



ETERA quae Vatum sunt argumenta canentum,
Sideraq., tractusq. maris, solisq. labores,
Et centum quae prisca docent mendacia curae,
Omnia iam vacuas populi vulgata per aures.

Me Iuuenem tenero diducti carminis orsu
Concelebrare iuuat; vultum qui nube coruscum
Caerulea; qui signa super voluentia mundi
Ambrosium caput, & stellanti tempora crine,
Festa luce tulit, radijs insignis, & auro.
Tu mihi, tu venies in carmina laeta vocatus,
Tu mihi sanctus eris, molli cui pube ni, entes,
Primaeuoq; genae vernant in flore, Ioannes:
Gratia cui nectit diuina monilia collo,
Cui rores pleno desudat ab vbere caelum:
Cui sedet ante pedes famulis interlita plumis,
Obsequio tumefacta suo Regina volucrum.
Qualis, quae Puerum per inania nubila torto
Vngue tulit sine fraude Ioui, trifidiq; ministra
Fulminis, ante pedes (mendax est fama) recubit.
Fulsisti niueis tandem lux reddita bigis;
Fulsisti bona lux Eois orta rosetis,
Quae crocea Iuuenem radiorum in veste reducis
Ad Romana sacris redolentia templa litatis.
Ecce suos hodie redit aspecturus honores,
Et nitidus, pulcherq; redit: redit inclytus ipse
Luce noua, & capiti decus immortale reponit:
Non sic gēma micat, quā circulus aureus ambit,
Non ebur inclusum terebintho, aut lilia calthis

Addi-

Addita, vel stellas inter Diana minores.
Par esset, vos flabra Noti, tristesq. procellas
Ponere, & iratos clementi flaminis aura
Leniter ad resonum fluctus illidere marmor.
Tu certe bonus aspira bone Diue, tuisque
Coge mihi puppim ventis, & lintea flatu
Tende leui, facili verrantur vt aequora pulsu,
Aequora non humili cuiquam tentanda carina.
Aspicis? ecce tuis humiles aduoluimur aris;
Ecce tibi vario facimus de vimine serta,
Et viridi in campo philyram, myrtumq. virentem
Plectimus in nodum: calamosq. inflamus, & aera,
Aera, quibus series decrescit ähenea dispar.
Ecce tibi ad tremulos aptantur carmina neruos,
Et bisoris laudem lituis admista recuruis.
Tibia de templis resonat. Tibi garrula cantu
Buxus hiat, superumq. domus, terraeq; resultant.
En tibi centenas suspendit in aede vetusta
Turba cateruatim voti conuicta tabellas,
Et centumgeminos supplex tibi dicit honores,
Carminibus centum, centumq. altaria ponit.
Nec minus herbosa ducens è rupe capellas,
Bethlemicasq. petens per prata virentia cunas,
Pastorale tibi cantat manus Alphesiboea.

E *Hic*

Hic salit in numerum circum pernice chorea,
Ille Palaestinas imitatus carmine Musas,
Dauidicum quiddam tacito submurmurat ore.
Festa agitur per rura dies quà murmure ripas
Adsonat accliues, puroq; argenteus alueo
Caeruleis perreptat aquis sanctissimus amnis.
Hic tibi de curua suspendunt tympana pinu,
Hic tibi candenti texunt è flore corollas,
Hic casiam, cytisumq; & texile vimen Acanthi,
Verbenamq; legunt, & purpureos hyacinthos,
Atque intacta leui caedunt myrteta bipenni.
Quando igitur te cuncta vocant ò Diue, tibiq.
Turba inculta placet fida comitata lycisca:
Me quoque ne pudeat calamo triuisse labellum,
Castalidasq; inter, felicesq; inter olores
Horrida stridenti disperdere verba cicuta.
Tu tantum aspira bonus, & testudinis aureae
Fila precor moderare; tuae quae carmina laudis
Mobilibus digitis expergefacta loquuntur.
Quod si Diue tuis mihi feruida pectora donis
Incaleant, motaeq; micent in viscere fibrae:
Spiritus ac per te mihi si diuinus in ossa
Accersitus eat. non me Pangaea mouebunt
Carmina, non numeri, doctoq; loquacia neruo

Barbi-

Barbita, quae montes, ſiluaſq. à ſedibus imis,
Et Scythicas traxere feras, & Strymona durum
In caput auerſum repulere, ſonumq. ſecutos
Duxere ad votum lapides: quercumq. vetuſtam,
Annoſamq. ornum radicibus extirparunt.
Non ego Maeonia ſuperabor ab alite cantu;
Non noſtro Thebana chelys contendet honori,
Alta licet magnae fundarit moenia Thebae,
Ipſa licet numeris, fidibuſq. armenta vocarit
Amphion Diraeus in Actaeo Aracyntho.
Non maduiſſe velim Mantoi fluminis vnda,
Cum tumidus pleno defertur Mincius amne,
Et virides rauco percellit murmure ripas:
Nã canerẽ tibi quanta Deus, dum vita manebat,
Largifluo ſemper diffudit munera cornu,
Et ſtipe munifica ſemper, ſemperq. beato
Aurea non parcè tibi nectare proluit ora.
Dicerem vti moriens, interq. nouiſſima verba
Virgineam, gratamq. magis tibi luce Parentem
Crediderit, non enarrabile pignus amoris.
Vt placido in Diuam ſuſpendis lumina viſu!
Vt dulci lacrymans, oculos perfundis, & ora
Semper amaritie, memori dum mente recurris
Matris ab aſpectu praerepti ad vulnera Nati!

 O tibi

O tibi qui tacito fuerunt in pectore sensus,
Cum tectis excepta tuis est Maxima Virgo
Caelicolum Regina potens, Nati inclyta Mater
Aeterni, matrona poli; teque auspice semper
Victura, atque domos semper cultura tuorum!
Non taceam quanto tibi gurgite fluxit ab alto
Numinis vbertas, quantusq in pectore, & aureo
Sederit ore Deus: deserto in marmore Patmos
Testis, & Ionij collisi ad littora fluctus,
Atque Asiae vario positae sub sidere terrae:
Quaeq. suos Ephesina tholos è monte Diana
Conuulsos gemuit, templumq., solumq. superbum,
Signaq; spectauit subita disiecta ruina.
Nam quid ego hic dicam, felix vt saepe Dei te
Reijcis in gremium, dioq; in pectore sidis,
Lentus vbi dulci declinas lumina somno;
Viq soporatam caelesti, atque vbere plenam
Pascis amore auidã Patris inter brachia mentem?
Quid memorẽ, vt rapidae timeant te incẽdia flã-
Aeris vbi labrum calido despumat oliuo? (mae,
Scilicet irato dum murmurat aestus aheno,
Bacchaturq; magis ventosis follibus ignis,
Protinus aspirat tibi leniter aura Fauoni,
Nec sinit vndanti violari membra liquore.

Talis

Talis cum vasta quondam fornace, choreis
Lusit, & alternis laetum paeana canebat
Aeternamq; Patri repetebat carmine laudem
Isacidum de gente chorus; quem turbidus ira
In rapidos ignes traxit Babylone Tyrannus.
Hic etenim igniuomis dum fluctuat acriter vndis
Aemula Trinacrijs populatrix flamma caminis,
Ilicet aethereis Zephyrus delapsus ab astris
Ingruit aspirans, mediosq; refrigerat aestus.
Sic tibi dum Latio minitatur dura bipennis
Imperio Romana suo, dum subdita aheno
Querna superfusas animarent robora flammas,
Ingruit extemplo diuinae sibilus aurae,
Caelestisq; faces extinguit flamen amoris.
Dicam ego vt Aegaeo vallatus ab aequore circu
Hauseris aetherei spectacula mira Theatri,
Qualia multimodis surgunt aulaea figuris.
Hic tibi letifero visa est accincta veneno
Centauris equitare feris, Scyllaq. biformi
Regifico luxu Babylo formosa superne.
Hic tibi purpurea pingentes astra corona
Caelicolae; pubes hic agmine censa noueno
Militis in speciem turmas dedit aere sonantes.
Hic Michaël galea, clypeoq; instructus, & hasta

Transadigit torti squalentia terga chelydri,
Plurima qui dudum vario de limite caeli
In Stygium cauda pertraxerat astra barathrum.
Nec minus hic totum visum est discedere caelum,
Atriaq; & vasti clarescere Regia mundi,
Semper vbi sedet in solio Pater altus olympi
Stellifero in solio: terras vnde ipse iacentes
Despicit, & placido collustrat lumine gentes.
Stant illi vigiles horae, stant tempora circum,
Humanaeq. vices, fatum, & fortuna premuntur
Sub pedibus, quiq. astra rotant labentia motus.
Interea citharas pulsantum, ac voce canentum
Auditi sonitus, raucumq. per atria murmur:
Quale solet pluuijs olim, fluuijsq. cieri
Deciduis, hiberna niues cum flumina trudunt.
Visi etiam circa radiata sedilia Regis
Centum stare senes posito diademate, & ambas
Tendere suppliciter socio cum carmine palmas:
Nate Deo, rerumq; opifex aequaeue Parenti,
Nec magno Genitore minor. tibi militat aether,
Sidereaeq. plagae, tellusq; sub aethere fusa,
Et mare nauigerum concreta supplicat vnda.
Ipsa Erebi confusa domus, loca foeta timore,
Harpyiaeq; ferae; vmbrarumq. immitia Regna

Assur-

Assurgunt tibi magne Parens. Tu scilicet unus
Aurea cunctorum dignus diademata Regum
Accipere, & populos sceptris cohibere potentes.
Visus praeterea Iuuenis pernicibus alis
Irruere, & vastum vinclis pressisse Draconem,
Et Stygia clausisse domo; ne scilicet ille
Inficeret caelum, terrasq. lacesseret imas.
Visa polo mulier, cui sol praetendit amictum
Cyclade purpurea, geminoq. argentea cornu
Fulcit luna pedes, liquidisq. coloribus ambit.
Haec inter rapido correptus vortice mundus
In cineres abijsse leues, in pallida coepit
Funera conuerti; bustum est, quod cernitur usquã.
Ceteraq. apparent mundi argumenta futuri,
Pontusq; terraeq. nouae, noua sidera caelo,
Et nouus aeternis descriptus ciuibus orbis.
Scilicet Eoo Solymae consurgere saxo
Per vacuum visae, roseaq; in nube reductae.
Daedala gemmiferis collucent moenia pinnis,
Chrysolithusq. rubens, maculisq. infectus Achates
Fundamenta locant, quaeq. auro nobilis Hermus
Educat, hic etiam pedibus calcantur euntum.
Crystallus strata ampla tegit, flauiq; renident
Gangis merce trabes, & vitrea flumina sanctas.

Ambitiosa secant per gemmea compita sedes.
Talis vbi purus, primoq; simillimus amni
Obliquum per prata pedē fert Cydnus, & vndas
Ipse suas tantum rapit incorruptus in aequor.
Haec ego nō humili referam cantanda cothurno,
Ni fugiat mens victa malis, & Apolline laeuo.
Interea tu Diue tamen super aethere summo
Dexter ades, rebusq; faue non asper egenis,
Oenotriosq. bea caelesti munere, magnam
Assaraci sobolem, Clemens dum limina Petri,
Limina dum caeli pandit, dum credita purgat
Agmina Christiadum verbis, signoq; salubri.
Illi sidereos affla tu lucis honores,
Ducat vt in longum viuacis fila senectae,
Et numerosa trahat sincerae tempora vitae.
Nec minus hanc pubem, primaeua aetate iuuentā
Quae sensim carpit, studijs & degit eisdem
Aspice, & incertos ad littora dirige cursus.
Haec tibi disparibus florentem destinat annis
Aetatem, varioq; tibi subtegmine vitam
Fingit, & in vario solatur munere curam.
Sed tibi non vario suspendit vota labello,
Non animis celebrat varijs te Diue, tuamq;
Poscit opem, numerisq; tuos innectit honores.

Te celebrant vnum. Tu diceris omnibus vnus.
Sic vbi non vno variatur carmen hiatu;
Disparibusq; tubis vbi dispar concinit ordo.
Aeneus, & docta vocem discriminat arte,
Vnum cuncta canunt, vnum vis musica concors
Voce sub innumera, tubulis sub pluribus; aera
Praepetibus digitis vnum decursa loquuntur.
Haud aliter deuota pari tibi pectore pubes,
Cui non prima pares duxerunt tempora menses,
Vnum te celebrant: tu diceris omnibus vnus.
Illam Diue potes tranquilla pace iuuare,
Sirenasq; potes, potes & quod triste timetur
Tradere flaminibus Tyrrhenum ferre per aequor.
O niueos illi mores, docilemq. iuuentam
Insinua, facilesq. animos, & fertile semper
Ingenium; & pede semper opem fer Diue secundo.
Siue per aethereas volitas circumuagus oras,
Seu necis, & durae potas obliuia sortis,
Sanctum vbi largifluo discurrit flumine nectar;
Seu, quod fama refert, hortis genialibus erras
Semper vbi tellus bifera tenet arbore foetus,
Quatuor Euphrates quibus inter murmurat amnes.

IN

IN SANCTI LVDOVICI Galliarum Regis expeditionem.

PANEGYRICVS.

IX.



I libet Heroum laudes, & fortia Regum
Facta recordari, & procerum bellata Tonanti
Bella Patri, sacrisq. exercita praelia signis;
Accipite inuicto quae iam succensus amore
Arma Ludouicus mouit, quo iustior alter
Non fuit, & toto miles praestantior orbe.
Sequana quem peperit bello, quem Gallia misit,
Gallia magnanimùm semper generosa virorum
Alma parens. salue ò genitrix, salue inclyta mater
Magna ducum: salue cultrix virtutis auitae.
Tellus diues auis, terrarum maxima salue.
Tu mecum dum reddo tibi tua praemia laudis

Ingre-

Ingredere, Heroasq. tuos agnosce, nec atris
Obductos patere in tenebris, atque exime nocti.
Non hic Iliadum sunt facta canenda Quiritum,
Aut Ducis Aemonij Danaum celeberrima plausu,
Aut quorum portenta Deum effinxere Poëtae.
Quid me nãque iuuat periurae ad moenia Troiae
Flumine cum Xantho luctãtem dicere Achillem?
Aut violatam acri Tydidis cuspide Diuam,
Aut vasto perfossum oculum Cyclopis in antro,
Aut scopulos Siculo in põto, implacidũq. profundũ,
Succinctamq. Deã latrantibus inguina monstris;
Immanemq. canem, qui tristia Regna trifauci
Aspera multiplici vallatus colla colubro
Attonat, & Manes exterret voce silentes?
Mille quid Euristhei iuuat aeris iussa Tyranni
Dicere? & Aesonidem praesago robore textos
Flectentem celeri volitantes flamine currus.
Instabilemq. vrbem diuina Palladis arte,
Argolicos quae prima viros lectamq; iuuentam
Duxit ad Aetaeos patrio de littore campos
Saxa per, & Syrtes, per monstra natantia ponto,
Per Maleae scopulos, miseros qui gurgite in alto
Obsurdant nautas, celeres quassantq. carinas?
At nos quae Syrijs flauis, Libycisq. perustis

Bella

Bella Ludouicus pietate insignis, & armis
Intulit, & duro certauit Martia ferro
Praelia, dicamus, iuuenesq; in bella feroces
Electos Ararim circa, indomitumq; Garumnam:
Vt quos tormentis, quos ferro, ac vulnere tristi,
Quos multa immanis vexabat caede Tyrannus,
Acribus imperijs exercens, quosque cruento
Verbere torquebat genus omnipotentis Olympi,
Duris eximeret vinclis, & carcere caeco,
Murorumq; minis victricia signa locaret,
Et Solymae tumulum digno lustraret honore.
Conueniunt subito Proceres, atque excita tectis
Lecta iuuenta fluit: spirant Martemq; necemq;
Lumina: vox cunctis vna est, mens omnibus vna.
Iam veteres nullis cohibentur moenibus Vrbes
Inclusae. iuuat ire omnes, iuuat arma mouere:
Oppida, tellurem patriam, camposq; feraces
Linquere, Mauortis crudi bella, aspera bella
Poscere, & ad dubiae discrimina dura palestrae
Irritare minas iustas, & caedis amores:
Sic auget, tollitq; animos in milite causa.
Haud aliter silua in magna cum frigore primo
Decutit Autumnus steriles ex arbore frondes:
Aut cum maturae quatiuntur ab ilice glandes,

Hiber-

Hiberniue cadunt denſatis nubibus imbres ;
Aut cũ Strymoniae volucres magnũ aethera tra-
Si quãdo breuibus Pigmeia caſtra maniplis, (nãt,
Aut populare parant, aut facta nube per auras,
Seſquipedes longe populos trans aequora portant .
Sic iuuenes ſtudio coëunt, ſic horrida Martis
Arma fremunt : poſitis reſonant incudibus enſes,
Et rigidum belli conflatur vomis in vſum .
Aera fluunt riuis, ſpirantibus aera caminis,
Qualia Sicanijs inducta canalibus inter
Stricturas chalybum vaſta fornace liqueſcunt .
Pars ocreas fingunt, pars coni inſigne decorum,
Spiculaq; , clypeosq; parant , varioq; metallo
Aegida florentem vulgò , tela vndiq; fulgent,
Vndique dat ſonitũ tuba, fundũt cornua murmur
Vndique, & accentu conſpirant tympana rauco :
Adſunt Sãctonici , & qui proxima rura Cadurcis
Deſeruere : adſunt quos amne Druentia puro
Alluit, & magno quos ditat gurgite Moſa .
Adſunt Tectoſagae genus intractabile Celtae,
Adſunt indomiti Meldi , forteſq; Sicambri ,
Quiq. Athacẽ, Rhodanũq; bibũt, Ligerimq; liquẽtẽ,
Illiberimq; obliquum vndis, Obrimq; profundum.
Non iuuat agricolas tellurem vomere curuo

Vertere,

Vertere: nec stimulo tardos vrgere iuuencos:
Algentes non propter aquas, non flumina circum
Argutas spectare boues, auidasq. capellas,
Nec teneras vlnis vites sociare maritas,
Vitigenoq; graues pateras implere liquore.
Protinus ecce omnes viduantur ciuibus Vrbes:
Mille ruunt iuuenum lectae de more phalanges,
Tam variae cultu gentes, quam moribus omnes.
Ipse Ludouicus varijs insignis in armis
Primus init, dextramq; hasta, clypeoq; sinistram
Innectit, gladioq. latus praecingit honestum,
Olli non solitis ornantur tempora cristis,
Vertice nec summo vulgaria signa coruscant:
Sed cruce caerulea capiti stat lucida cassis,
Sacris clara notis, stellisq. interlita crebris.
Aegida distinguunt flauentia lilia pictam,
Lilia quae circum Meliboeo purpura textu
Viua refert. nam Blanca parens asperrima gemis
Euariarat acu noctes festina diesq;
Thracius hunc sonipes maculoso tergore portat,
Argutum caput attollens, atque aurea mandens
Frena ferox, aurasq; hinnitu exercet acuto.
Pone subit ductor primaeuo flore decorus
Caesariem galea crispatam fultus, & aere.

Cui

Cui lupa loricae, capiti cui percita signum est
Pro catulis pugnans raptis Hyrcana leaena.
Agmina tum veniunt ferro, sudibusq; colurnis
Horrida, & intonsis pubes de more capillis.
Massiliae interea puppes ornantur, & arbos
Erigitur picea, & felici suppara flatu
Tenduntur. longe remorum plurimus ordo
Ducitur in versū, & palmis vada caerula verrit.
Ingreditur primus vultu Ludouicus honesto,
Cui radij bis sex circum diadema coronant,
Et totidem radios inter fulgentia quassat
Lilia; sidereumq. oculis expirat amorem:
Dehinc ducens multo lata aequora milite complet
Dum socij impellunt remis spumantibus vndas,
Dum graditur, faciliq. via secat alta carina
Marmora: dum dextro sinuantur carbasa vento,
Aspirantq. in lucem aurae, noctemq. secundae.
Denique post varios caeli, pelagiq. labores,
Classibus ereptis ponto, varijsq. periclis,
Ad Tyrios ventum est cāpos, & Punica claustra.
Portum rostra tenent: fundat grauis ancora puppes:
Sistitur & classis Thunetum quà littora curua
Occupat, & dorso lunatas explicat arces.
Adsunt Sidonij; & denso clamore resistunt;

Et primo Galli hospitio prohibentur arenae,
Sidonijs pulsis, Galli potiuntur arena.
Hic Thunetana cohors Superum non robore septa,
Coelestum non ducta manu tremit: ossaq. circum
Illi terror obit gelidus, steteruntq; capilli.
Nanque Ludouici virtus, & Gallica pubes
Ad pugnas instructa feras mucrone corusco
Limitem agit, teloq; viam, ferroq; fauillas
Euomit, & Martis furiosa insania saeuit.
Tum fugiens hostis pars maxima corpus onustum
Committit pelago, latebras pars quaerit opacas.
Victor adest gladio fœlix: metit obuia ferro,
Et desolatos vastat cultoribus agros.
Ceu cum montano labens è vertice torrens
Diluuium latè spumans meditatur in agros,
Vorticibusq; trahit rapidis pecudesq;, domosq;,
Saxaq; cum fremitu conuoluens omnia tractum:
Haud secus armorum victricia signa per oras
Gallus Agenoreas, Lybico & contermina campo
Ingenti cum strage ruens circumtulit, & se
Orbe pererrato, Nilum qui proximus vrget,
Victor & incolumis Solymas vertebat in oras.
Heu quam nulla diu praestat fortuna fauorē;
Vt nihil est vsquam tutum mortalibus aegris:

Dum

Dum studet antiquae famae indulgere, cupitq;
Perlustrare locos Christi virtute notatos,
Atque optata sacro persoluere dona sepulcro:
Dū Libycos premit arma tiēs huc hostes & illuc,
Et dubia ambiguis volitat victoria pennis;
En subito violenta lues (miserabile visu)
Agmina corripuit, ferroq; minacior acri
Sternit humi iuuenes validos, & inertia vulgò
Corpora per campos: aër incanduit aestu,
Afflatusq. vetat lenes, vndasq. salubres,
Cunctaq; praeuitiant lato contagia tactu.
Nusquam silua viret, violae cecidere, comasq;
Gramina deponunt; pingues non messis aristas
Explicat, aut fruges maturat Virginis astrum.
Sed fructum negat vstus ager, negat aurea Caelū
Sidera: plena modo vix tingunt flumina ripas
Primores. torpent amnes, fontesq; dehiscunt,
Muscosiq; lacus vndis arentibus haerent.
Cernit pastor oues crudeli strage peremptas,
Cernit & exhaustas vicino in monte capellas,
Audacesq; dolet tauros occumbere campo
Inter opus medium, glebisq. perire solutis.
Quin acer varijs dudum metuendus in armis
Demittens sonipes aures, quatit ilia anhelo

Pectore, & ex alto ducens suspiria, tandem
Bellatricem animam moriens expirat in auras.
Nec minus ad miseros pestis vesana colonos
Venit, & in plenis gliscit vis morbida castris,
Saeuit & in Gallos damno grauiore maniplos.
Illis ora patent tepidis arentia ventis,
Suffusaeq. natant luces, & sanguine fauces
Sudant, & foedo fluit aspera lingua cruore,
Lingua animi interpres & moesti nuncia sensus.
Soluuntur tandem latera, & praecordia tussis
Quassat anhela: sitim nō vlla extinguit aquae vis;
Sed passim intereūt, animamq. in flumine linquūt.
Scilicet in campis cumulatur funere funus,
Implentur templa, implentur loca prompta, viaeq.
Lataq. corporibus foetent saxeta sepultis.
At Regem multa hic meditantem, & multa pa-
Corripit atra lues, & toto corpore lenta (rantem
Tabe malum serpens, perfundit membra quiete.
Hic multo in somnis corpus circundatus auro
Gotfridus, summo visus descendere caelo,
Obscuraeq. oculis tenebras expellere noctis.
Mox raptum Ludouicum altas super aetheris oras
Tollere sublimem, & terris post terga relictis,
Sedibus inserere auratis stellantis olympi.

Vnde mare, & terras, vnde oppida didita terris
Aspiceret. Tandem roseo sic ore profatur.
Inclyte Gallorum terris Rex gratus, & astris,
Qui Solymos vnus potis esses frangere muros,
Seruitioq. fero sacram subducere gentem,
Ni superis aliter visum, Superumq. Parenti:
Mittere mortales fas est è pectore curas,
Aligerumq. domum celeri contendere penna.
Sint fortes alij bello. te pacis alumnum
Pace decet Ludouice frui. Quin victor Olympo
Inseris immortalem animum, medioq. receptus
Agmine Caelituum, terras contemnis, & Vrbes?
Non hic anxiferae curae, non tristis egestas,
Non labor, aut durae furit hic vesania mortis.
Felices sine labe dies; aeterna iuuentus
Ducitur, & pleno capitur de fonte voluptas.
Non ne vides teretem terra qui dicitur orbem
Sideribus vinci minimis? ibi limite clausa
Vita breues summo ducit discrimine menses:
Sed laqueis fractis, vbi tristi è corpore migrat
Aethereus vigor, & diuinis considet astris,
Se maior, meliorq. aeternum transigit aeuum
Felix sorte noua, cognata sede beatus.
Quid dicam discreta suis elementa sub astra

Sedibus, aetherei quibus aurea iussa Parentis
Imposuere rota cursus labente perennes?
Cernis vt inuexam vis ignea circuit arcem
Sedula, vicinoq; loco leuis innatat aër,
Densior & sequitur tellus, quae pondere vasto
Libratur, liquidisq; maris circumdatur vndis?
Cetera quid memorem? summis elata columnis
Tecta poli, & varijs fastigia picta figuris,
Atriaq;, & multo conclauia sole corusca?
Non ita sublustri scintillat Delia nocte,
Non ita Phoebaea collucet lampade mundus
Cum matutino tellus perfunditur auro.
Scilicet hanc sedem summi fabricator Olympi
Secreuit, seruatq; animis, qui corpore septi
Innocuos traxere dies, patriamq; tueri
Consilio, virtute, manu, sermone solebant.
Aspice nunc Atauos claros, Regumq; tuorum
Illustres animas; quibus alti regia caeli
Emicat, & procerum numerosa prole superbit.
Ille vides? rutila Princeps qui sede renidet
Pectora multiplici cinctus thorace timenda,
Cui sunt arma manu; clypeo cui laeua corusco
Tuta latus munit; distinctaq; floribus aegis?
Relligione sacer, bellorum turbine fortis,

Caro-

Carolus hic ille est, qui finibus agmina quondam
Barbara Aquitanis eiecit, & ampla dicatis
Ante aras victor suspendit vota tabellis.
Proximus ille Pater, primus qui sceptra locauit
Celtica, & aeternis Gallorum legibus vrbes
Fundauit, validosq; viros instruxit in armis,
Carolus est alter, qui Magni nomen adeptus,
Tarpeios multo seruauit milite muros,
Reddidit & Romam depulso à sede Leoni.
Aspice nunc omnem nullo discrimine gentem,
Et seriem Regum innumeram, iuuenesq;, senesq;,
Et similes atauis populos ex ordine priscis.
Ceu roseis olim redimita aurora capillis,
Ambrosios fundit caelesti ex ore nitores,
Aëriosq; illustrat agros inuecta quadrigis,
Haud aliter Regesq; tui, Proceresq; tuorum
Scintillant radijs, & sidera pura lacessunt.
Hic igitur Superum Rector, qui numine flectit
Cuncta potens, atauis parat inter lumina Caeli
Te sociare tuis. Nunc summa è sede benigno
Te vocat amplexu, magnisq. hortatibus implet.
Linquendae iam sunt terrae, vitaeq. voluptas,
Et patria, & sceptrum, & fixis tentoria signis,
Et duri iuuenes ferro, validaeq; phalanges.

Sic Regi placitum, caeli cui sidera parent.
Se Syrij quanquam iactant, & sceptra Tyranni
Saeua gerunt; quibus hoc licet, haud impune lice-
Aduenient seri reuolutis orbibus anni, *(bit.*
Cum viduas telis pharetras, lunamq. bicornem,
Quae timidum laeuo contristat lumine Caelum
Hesperijs videas armis, & pube retusam
Iliaca; Ionijq. leues innare per vndas.
Aeratas video classes & corpora Thracum
Fluctibus horrisonis Athamana per aequora ferri,
Et populos, Regesq., catenatosq. Tyrannos.
Haec alij vltores olim, tu numine dextro
Belligeros animos, & laetam sanguine mentem
Exue: sic visum Patri: teq. assere Olympo.
Haec vbi dicta dedit caelo Gotfridus ab alto,
Languida liquit iners Ludouici corpora somnus.
Visa tenet, reputatq. animo miratus, & haerens,
Multa suo demum peruoluit pectore, multa
Edocuitq. Duces: nec longum tempus: ab aura
Numinis afflatus, sine vi, sine pectoris aestu
Liber abit vinclis animus. fugit ille per aethram,
Ocyor & iaculo superas conscendit in oras.
I felix, i noster amor, quem sidera circum
Aligerumq. cohors iuuenum splendoribus ambit.
Sedula.

Sedula, & ambrosio permulcet nubila cantu.
Tu mihi sanctus eris: blandos tibi thuris honores,
Et pingues adolebo faces, vbi frigida saxis
Ossa cubant, & inane iacet sub marmore corpus.
O bustum, ò cineres: calathis date lilia plenis,
Lilia Gallorum gentilia Lilia Regum.
Hoc ego, quod possum, cumulo te munere florum,
Cinnamaq., stactemq. fero, costumq. Sabaeum.
Tempus erit cum Roma parens altaria centum
Ponet, & è solido faciet tibi marmore templum
Vrbe altum in media. Stabunt spirantia signa,
Cana Fides, saxoq. pari Constantia circum,
Et decor, & probitas magnae virtutis alumna,
Et Pietas, & Relligio monumenta sepulti.
Vos titulum intonsi iuuenes, tenerique Quirites,
Vos & marmoreo subiungite carmina busto,
Et Regem inuictum calamis memorate canoris
Ereptum terris, superis vt regnet in astris.



DE MODESTA PRISCORVM VITA.

In solemni Christianorum Ieiunio.

SILVA.

X.



RGO age solemni squalent dum puluere crines,
Tempora dum reuocant parcis Ieiunia coenis,
Quanta per exactos primis sub solibus annos
Innocui fuerit primaeua modestia victus,
Expediam. Non arma omnes horrentia Martis,
Edomitasq; acies ferro, pulsasq; phalanges
Possumus, aut bello fugientem dicere Parthum.
Crura Sophoclaeis armare valentia loris,
Orchestras pulsare graues; aulaea theatris
Tollere, & indigno lacrymantem funere Crispum
Fingere carminibus, Thymeleq. implere querelis,
Non vis, non animus, non concessere Camoenae:

Tempus

Tempus erit, sacro latices cum fonte sonantes
Ore bibam nemore in magno: veteresq. secutus,
Fixa Patrum firmis relegam vestigia plantis.
Interea summi perstringam littoris oram,
Et thyma decerpam per florea prata, Matinae
Qualis apis, quae dura Noti, Boreaeq; furentis
Flabra timet, neque se caelo committit aperto.
At tu quae picto residens in margine caeli
Alma nites, inter gyro distincta noueno
Agmina, & innectis duodeno sidere crinem;
Tu Vatem, tu Diua mone, dubiumq; secunda
Mentis iter, primos con[illegible]r dum carminis orsus
Quà virides lento praetextus gramine ripas
Aureus obliquo Tyberinus murmurat amne.
Mox etenim ingentes accingar dicere laudes
Sancta tuas; nomenq; orbis tot ferre per oras,
Gurgite quot vasto vaga proluit Amphitrite.
Principio rerum, primaq; ab origine mundi,
Cum vix prodisset magni Genitoris ab arte;
Et circumfuso penderet in aëre tellus:
Cum vix sanctum animal recta spectabile forma
Exisset teneri dias in luminis oras,
Vt terram imperio regeret, pontumq. profundum,
Et fabricata recens dominari in cetera posset;

Non

Non celsas habitare domos, non alta iubetur
Tecta Ducum, Syriaq. subire micantia merce,
Aut Phrygijs centum laquearia fulta columnis.
Non corpus fulcire rosa; non mollia lecto
Pallia textilibus componere picta figuris.
Aurea non molles agitare sub atria ludos
Porticibus spatiosa cauis: sed diuitis horti
Per faciles errare vias, per aperta locorum,
Per virides auium sedes, per & obsita musco
Prata nouo, siluasq. coma frondente nitentes.
O caelestum epulas, ò prisca modestia vitae;
Imperio satus auctoris, digitisq. Tonantis
Fictus homo, nullosq. humiles effictus ad vsus;
Ad caeli sed natus opes, sed factus ad altae
Sceptra domus factus supremi ad Regna Parentis;
Ostrea non coenat Gaurana, nec arte magistra
Dona laboratae frugis, sed ab arbore mensis
Poma legit, vacuaq leuis spatiatus in vmbra,
Texta per & nemorũ, viridis perq; aequora campi
Traducit tacitae secura obliuia mentis.
Quid memorẽ, vt veteris post prima piacula no-
Astris aequaeui gemina cum prole parẽtes, (xae
Aut molli stipula, fruticoso aut vimine textas
Incoluere casas, campisq. nitentia fraga,
Mo-

Moraq; , & excussa legere sub ilice glandem?
Nempe sub vmbrifera ducebant fronde choreas,
Siquando rarum siluestri è vite racemum
Carpsissent, coryliq. leues ex arbore baccas.
Ac dum cana fuit, placuitq; nepotibus illa
Simplicitas, tum rastra manu, tum quisq. bidentes
Versauere suos, curtum tum quisque, breuemq.
Et census, agriq. modum, finemq. colebat.
Quisque sui tignum tuguri de stipite quercus,
Grandiaq. elata caedebat ligna securi:
Quisque suum segeti cliuoso è tramite fontem
Saxa per, & salebras vallem ducebat in imam,
Et ferro arborei damnabat verticis vmbram.
Arbuta tunc epulas illis, tunc malua, siserq.
Intybaq., & pleno distendens vbera lacte
Sufficiebat ouis primae sub tempora noctis.
Nec minus vndarũ postquam sub mole laborãs
Luce quaterdena tellus emersit, & iras
Composuit Pater omnipotens, tectumq; Tyranni
Iussit inire iterum bacchantia flumina late,
Et laxas pelago tandem reuocauit habenas;
Qui fuerat mundo modo tot de millibus vnus
Cum natis, castiq. tori consorte superstes,
Frugibus, atque epulis mensas onerauit inemptis.

Nam

Nam senior, quo non alius vel amantior aequi,
Vel melior, summiq; Patris reuerentior illa
Tempestate fuit, trabibus confisus acernis,
Culmina tectorum, turres innauit, & arces,
Subiectasq; domos auium, quercusq;, Cupressosq;,
Armeniaeq; caua pressit pineta carina.
Tum Superum admonitu latè cum caerula cernit
Subsedisse maris; fluctusq; & flumina signo
Detumuisse dato: missa de sede abiegna
Quadrupedum, serpentumq;, alituumq; caterua,
Pretinus egressus, magalia coepit iunco,
Stramineasq; casas canna velare palustri,
Et glebas versare manu, stimuloq; valentem
Sollicitare bouem, & scrobibus tellure subacta,
Dirigere arbuteos foetus, vlmosq; maritas
Conserere, ac siluas tardae crescentis oliuae
Montibus in nudis posito sine caudice trunco,
In teneras gemmas, frondesq; animare virentes.
Dicitur & vitis rastro tellure soluta
Infodisse genus, ductumq; sub aëra sensim,
Et sude quadrifida, & vinclis firmasse salignis:
At cum se nimium laxatis palmes in auras
Frondibus extulerat per purũ immissus, & vlmos
Lasciuis hederis longe ambitiosior, imis

Stirpi-

Stirpibus amplexus fuerat; tum denique duro
Imperio strinxisse comas, tunc falce recurua
Imminuisse vmbram, & ramos tenuasse fluentes.
Dicitur & primos foeta iam vite racemos
Vndiq; legisse, & pedibus pressasse lutatis,
Qualorumq; nouos rimis cribrasse liquores:
Quos simul insuetis labris persensit, & hausit;
Incaluit; coepitq; caput male ferre, pedesq;,
Atque oculis dubia sub nocte natantibus, alto
Implicitum somno corpus proiecit in herba.
Non dũ concierat liquor ille in lustra ferarum
Cadmaeam prolem, serpentigenasq. sorores,
Thebanasq. nurus (est fabula) sed tamen ille,
Ille liquor non dum valido praecordia thyrso
Impulerat matris, natarumq; vt per aperta
Conuallis rabido laniarent Penthea morsu.
Non biforis buxus, non torto turbine cornu,
Non ebenum sistri, non aeris cantus acuti
Insolito fortes prostrarat fulmine gentes.
Inde ioci molles, & feminei vlulatus,
Et madidae nardo frontes, viridesq. coronae,
Purpuraq;, & flauis illusum crinibus aurum,
Saltusq;, vocesq;, & motae insania mentis.
Nondum Nyctilius lynces ad picta vocarat

Frena

Frena Parens: nec dũ bijugos pede presserat vdo ;
Nondũ Bacchus erat; nōdũ Bromiusq. Thyoneusq.
Intonsusq., iterumq. satus, solusq. bimater,
Quaeq, per Argolicas mendacia plurima terras
Dididit Ascraeus noto iam carmine vates.
Flumine enim cũ prole pater, lymphaq. leuarat
Ante sitim, festasq. dapes, vbi mollia cippus
Graminea, vbi cespes florentes explicat herbas
Struxerat, illimes vbi riuus vitreus vndas
Voluit, & arguto delinit murmure ripas.
Glande famem explerant; puris è fontibus ora
Proluerant olim, curuis quos terq. quaterq.
Extulerant palmis; haec illis laeta trahebant
Vascula Cumana, & Samiae conuiuia testae.
Quid Romanorum, Latijq. exordia dicam
Imperij, fratresq., vagi prope Tybridis oras,
Martia quam geminam partu dedit Ilia prolem:
Intonsumq. Numam Tetrica de gente petitum,
Pellitosq. patres, Cincinnatumq. seuerum?
Qui modo de tuguri suspensis culmine rastris,
Et modo dimissis ad pabula laeta iuuencis,
Vix pedibus limo abstersis, vix puluere vultu,
Ausonios cepit fasces, dominamq. bipennem
Tractauit, lituumq. breuem, longamq. quiritim,
Et

Et picturatam Trabeam, cinctumq. Gabinum
Induit; Vrbs astris quo se Mauortia ritu
Euexit, rerumq. potens versauit habenas.
Quam bene viuebant, posito cũ Praetor aratro,
Iura dabat populis, flaui cum parua metalli
Lamina crimen erat, viridiq. in rupe Senator
Ipse suas pascebat oues, cum fluminis vlua
Fecit lenta toros: & qui sceptra aurea nuper
Gesserat, in rigido ducebat stramine somnum.
Hinc animi venere Curi, quem munera Regum
Offendere rudi residentem in robore fagi,
Vescentemq. cibis, quos terra inarata tulisset.
Nec flexere tamen fulgore parabilis auri.
Tunc victus abiere boni, cum barbara Regna,
Attalicae vestes, & Regum clara supellex
Nuda coronarunt miro Capitolia cultu,
Atlantisq. orbes dederunt, & eburnea fulcra,
Et Mithridatis opes in Apolline Roma peredit.
Scilicet artificem indignata Modestia luxum,
Poculaq., & dubiae fugiens conuiuia coenae,
Vrbibus extemplo Virgo pudibunda recessit.
Ante quidem secura domos, secura subibat
Illa Lares, niueis cum saecula solibus irent.
Non dũ caecus Amor, nondũ Puer ille pharetram

Aere

Aere grauẽ, aut humeris habilẽ suspende rat arcũ.
Nondum illi dulces cupidus formarat Amator
Nequitias: neque quisquã oculis sitientibus illam
Deperijt, siue Vrbe viam, seu rure volebat
Carpere, tuta fuit, seu vellet flumina propter,
Prata per, & nemorum plantas errare virentes,
Non celeres timuit Satyros, Faunosq. bicornes,
Semiurirosq. Deos, & monticolas Siluanos.
Nondum Capripedes illi de vertice rupis,
Aut de fluminea speculati fronde salicti,
Marmoreas campo Nymphas agitare choreas,
Turbarant auidi foedorum more leonum,
Qui rapidis teneras inuadunt cursibus agnas.
Non faciem indutus Tauri, mistusq. iuuencis
Iuppiter, incautam vitiarat Agenore natam;
Turribus aut clausam validis, & carcere duro
Seruatam, pluuio Danäen corruperat auro.
Omnia tunc placida viuebant tuta quiete:
Turpia nec laetas inter conuicia mensas
Lasciuae timuit rubefacta Modestia linguae.
At postquã inuersos animos, postquã omnia retro
Deferri sublapsa videt, sanctiq; pudoris
Detrimenta timet, suffundens pulcra rubore
Ora verecũdo: procul hinc; procul ibimus inquit,

Auiaq;

Auiaq; , & latebras volucri petit ocyor aura ,
Detestata Vrbes , & libera ludit in aruis .
Multi illam reuocare olim tentasse feruntur :
Imprimis senior Carmeli cultor opimi
Tesbites , tostae contentus munere frugis ,
Iuniperi sub fronde tulit quam nuncius ales .
Illam blanditijs , vrbis sub tecta reduxit
Betuliae Iuditta decus , cum diuite mensa
Posthabita Ducis Assyrij , luxuq. superbo ,
Longam farre famem, teneroq. legumine soluit .
Quin etiã Isacidae pueri, quibus igne caminus
Exuperans alta quondam Babylone pepercit ,
Formosos Iuuenes inter, comitesq. gregales ,
Candida curarunt vulgari corpora victu .
Non lõgam tamen illa morã Virgo aspera traxit:
Alta petit saxeta fugax , Ieiunia rursus
Cum dapibus violata videt ; nec in ima reuertit
Culta hominum, donec multis post mensibus actis,
Elisabae natus diuino numine plenus ,
Populeas inter frondes in valle reducta ,
Finitimos populos liquidis lustraret in vndis .
Ille suae primaeuus adhuc in limine vitae ,
Corpora nuda gerens, hirsutisq. aspera villis ,
Montibus , & siluis traducit squalidus annos ,

Montibus, & siluis, & tramitibus desertis.
Speluncae dant sedem atrae ; dant horrida ramis
Arbuta decussis, teneris q. fluentia truncis
Mella dapes : liquidi dant illi pocula fontes.
Quid moror ? en caelo Iuuenis delapsus ab alto
Quadrupedes inter, densa inter lustra ferarum
Antra tenet deserta Deus : scopulosaq. tecta
Incolit, accliues vbi saxa extantia rupes
Suspendunt ; nigris vbi ramos aesculus vmbris
Explicat, & veteris circumstant robora cerri.
Scilicet huc solus Iordanis cessit ab amne
Post Patris è summo prolata oracula caelo
Numinis imperio, diaq; instinctus ab aura.
Et iam pellaces hostis deluserat artes,
Multaq. flebiliter lacrymantẽ, & multa frementẽ
Hortatorem Erebi sub vincla remiserat Orco,
Iamq; quaterdenos rigido sub fornice soles
Ire videt, totidemq; cibi sine munere noctes
Decolor illuuie, confecto & pallidus ore.
Non corylos, non fraga legit, non aspera corna,
Palmarum non dona manu, non mespila carpit,
Non quae siluestri pendent ex arbore baccas.
O terrae columen, caeliq. beata voluptas
Te sequimur saxeta super pendentia montis,

Ru-

Rupicapris habitata feris, per tesqua, per umbras
Ilicis antiquae tua per vestigia ducti
Omnipotens Hospes: tecum iuuat esse sub antro,
Et perferre famem: stat nullo tempore somnos
Haurire, & longos informi puluere crines
Spargere; stat parcis Ieiunia soluere mensis.

AVGVSTISSIMAE CRVCI.
EPINICIVM.
XI.



VNC adeo vexilla Crucis, domitosq; canamus
Hec populos signo trans Euri Regna rubentis,
Trans, & Hyperboreos montes, Riphaeaq; saxa,
Trans septem gemini cunabula cognita Nili.
Haec tecum sit cura Parens sanctissima, tecum
Hic labor ò Helene Troia Regina Latinae;
Auspicio cuius veteres exosa latebras
Prodijt in liquidum tandem Crux aurea Caelum.
Non Erato, aut Lyricis dictat quae carmina Clio
Imploranda mihi, non qua Pimplaea sorores

Antra colunt, Pindiq; legunt è vertice laurum.
Te quaeram monstrante viam. Tu dirige cursum;
Tu mihi sancta praei: tu carminis vna canendi
Suggere principium, & Zephyris da vela secũdis.
Ille etenim mihi dicendus Rex inclytus, ille
Natus Diua tuus; signo, clauoq; salubri
Quem bene munitum belli in discrimina mittis,
Sternaciq; imponis equo: cui manditur ore
Purpureum, & dio saturatum sanguine ferrum.
Ille meis veniam votis dabit, ille vocandus
In numeros; aeris quõdam quem luce coruscum,
Et Cruce terribilem picta, gladioq; furentem
Sensit in Hetrusco victus Maxentius amni.
Nam patris extincti cum Gallis agmina campis
Constantinus agit; postremiq; impiger vrget
Relliquias belli, res & componit auitas,
Consilio, dextraq; potens. Videt ecce repente
Per noctem; at multo manifestam in lumine Romã,
Non solitis accinctam armis, non aegide cruda
Instructam, non ore trucem, cristisq. minacem,
Crispantemq; hastam manibus, pedibusq. prementẽ
Iam fracti exuuias mundi. Sed supplice vultu,
Sed passis per colla comis, sed syrmate pullo
Obductam, & largo perfusam gurgite malas,

Ten-

Tendentemq; manus, & opem clamore vocantem.
Aspicis haec, belloq. diem consumis inerti
Constantine? tuae sic aspera vulnera Matris
Aspicis, & caeco disiectos Marte Penates,
Nec patriae te flectit amor, nec damna Quiritum,
Nec miseret Romae dura sub mole gementis?
Ipsa suo premitur Rege, infandisq. granatur
Romulidum exitijs, iterumq; fouere Superbos
Cogitur, & nullus, qui sceptra immania possit
Frangere, Brutus erit? saeuit Maxentius armis,
Scilicet & Latias in libera colla secures
Expedit: ac vultu repetit tormenta feroci,
Qualia nec durus Mezentius extulit olim
Mortua corporibus iunxit qui corpora viuis.
Ecce manus obsessa tuas Capitolia poscunt,
Istam poscit opem mundi Regina; malisq.
Te vocat in medijs, & te respirat in vno.
Eripe me hoc inuicte iugo, crudumq. Tyrannum
Dede neci, qui sceptra Remi, qui Dardana vexat
Regna metu, & miseris haec exime vincula palmis.
Haec ait, & lacrymas inter, gemitumq. sub auras
Auolat, & nigrae noctis se condidit vmbris.
Illum cura premit, Romaeq. querela parentis
Excitat immeritae; iustasq; accendit in iras.

Iam velit Ausoniae terras, velit arua tenere
Septenis vallata iugis: committere tandem
Pila velit pilis, Tyberimq; lacessere pugna.
Tela manu, capite arma manu cõclamat, & õnis
Responsat circa miles; clangore tubarum
Castra sonant rauco. diuellitur vndiq; vallum,
Signa refiguntur, versoq; argentea conto
Cedit auis, totoq; cadunt tentoria campo.
Ilicet infestus canas exercitus Alpes,
Et montis iuga perpetuis obsessa pruinis
Praeterit, insanoq; secat saxeta labore
Annibali superata olim, Tyrijsq; maniplis,
Et tenet Ausoniae campos, atque Itala regna
Confestim Hesperia in magna. ceu plumiger olim
Grex auium repetens notas trans aequora siluas
Diffugit, & motis transmittit nubila pennis
Ocyor Aeolijs animis, & turbine Cori:
Nec potis est oculus vacuum per inane fugaces
Obtutu propiore sequi. quin ante volasse
Non credit nisi cum latebris potiuntur amatis
Et nemore in medio, vmbrosoq; in vertice sidunt.
Sic leuibus rapitur pennis, & fortibus ausis
Alpinos vltra scopulos cum milite duro
Magnanimus Romae vindex, Gallisq; relictis.

Ducit

Ducit in Hesperiam florentes aere phalanges
Iamq; propin[illegible]abat Romanis turribus agmen
Arm[illegible]fremens, vltroq; hostes in bella reposcens:
Cum subito caeli per sudum in luce serena
Apparet radijs Crux circumfusa coruscis,
Et nitidis descripta notis, & carmine puro
Affari sic visa Ducem. Tibi militat aether:
Hinc optanda salus; hoc vltor stemmate vinces.
Obstupuit Rex ipse, simul stupet inscia turba,
Continuitq; gradum, ignotisq; exterrita monstris
Quid Caeli portenta ferant, quid carmina signis
Addita praemoneant vario sermone requirit.
Sed visis parendum altis, signumq; locandum
Agminibus medijs, coniq; in vertice Ductor
Edicit monitus Superis ita nocte silenti.
Protinus hastili Crux tollitur aurea summo,
Quo steterant Aquilaeq; olim, pictiq; dracones,
Foedaq; terga lupi, setisq; rigentibus apri,
Et facies metuenda bouis, toruumq; tuendo
Lumen equus simulans, & cetum monstra ferarũ.
Iamq; volant Labari sinuata volumina, filis
Interpuncta nouis, Crucibusq; intexta decoris,
Quae labor artificis gemma distinxit, & auro.
Quin etiam summum variat Crux aspera conum

 Arden-

Ardentis galeae, variat thoraca timendum,
Scribit & aetherea clypeorum insignia luce.
Ergò acies illo fidens pulcherrima signo
Ingreditur, pugnamq. vocans, discrimina mortis
Iam vicina suae securo in pectore versat.
Primus init, varioq. mouet Rex ordine pubem,
Dirigit & medio lunatas orbe cateruas,
Quà tacite Tuscas mordet vetus Albula ripas.
Illi purpureis ardet Crux addita cristis,
Stellat apex capiti, absistunt à vertice flammae,
Et lucem clypeus, lucem vomit ignea cassis.
Haud aliter, quàm sublustri cum nocte cometes
Apparet lugubre micans, regnisq. minatur
Excidium, & tristi percellit lumine terras.
Parte alia auspicijs, caeloq; ingressus iniquo,
Infestis vexilla mouet Maxentius armis
Illudens acies; ludens extantia contis
Signa Crucis, magnisq. suos hortatibus implet.
Congreditur renuente Deo; nolentibus astris,
Inq. hominem, caeli coniurant signa tonantis,
Horrendaeq. faces, & nigro turbine nimbi:
Quaeq. ciet pluuias aduersa resibilat Arctos.
At Constantinus diuina percitus aura,
Numineq. instinctus tacito, videt omina pugnae
Candi-

Candida, Caelicolas videt auxiliaribus armis
Aduentare procul, terq. altas lumine puro
Scintillare Cruces, & bellum instare secundum.
Nec signis dubitanda fides. irrumpit in hostes,
Audacesq. immittit equos, peditumq cohortes
Quà mage confertis apparent agmina turmis.
Fit via vi: gladio nunc hos, nunc demetit illos,
Nunc pedibus proturbat humo, calcatq. iacentes
Agminis obtriti cumulos, & inutile vulgus,
Primoresq. Duces, currusq. auertit equorum.
Nec prius absistit, summo quam ponte Tyrannum
Exciperet fluuius Tyberina in stagna cadentem,
Implicitumq. armis Tyrrhena inuolueret vnda.
Conclamatur iò; responsant littora longe
Victor iò: vario responsant moenia plausu,
Victricesq. canunt victricia signa cohortes.
Itur in aeternam septenis collibus Vrbem
Impositam, longa repetuntur Dardana pompa
Regia Remi, & festo Capitolia celsa triumpho.
Stat media monumenta via; stat nobilis arcus
Marmore caelatus Pario, fultusq. columnis
Vndiq. & artifici pendens testudine moles,
Scriptaq. deuictae series pulcherrima pugnae.
Praecipue Patrum quà Curia fulget, & alto

Edita

Hic canit in numerum, sedēq; hic ponere, & almos
In statione dies traducere vellet: ab alto
Huc niueae coïere manus, huc vena beati
Nectaris, huc vulgo delapsa est viua voluptas,
Diuinisq; melos concentibus aëra mulcens.
Est locus aetherei trans Daedala moenia mundi
Lunam vltra, Veneremq; vltra, stellasq; volantes
Crystallo laeuis, gemmisq; insignis, & auro,
Lucidus electro, & lento nitidus argento:
Nablia quem pendent circa, citharaeq;, lyraeq;,
Cymbalaq;, & litui graciles, & buccina curuum
Tortilis in gyrum, quae turbine crescit ab imo.
Hic tuba rauca sonans, hic tibia laeuis oliua,
Hic chelys, hic arguto fila sonantia plectro:
Quae Superi pulsant, vbi festo murmure Caelum
Plaudit, & aeterno recinunt sua carmina Regi.
Virginis haec almae caelo delata sub aedes
Siderei Volucres agitant, digitisq; canoris
Barbita, Lesboum superant quae pollicis ictum,
Sollicitant, quibus vna altas in luminis auras
Telleris ô Virgo, canerisq; & diceris vna.
Quos inter bello Michäel bonus, & bonus hasta,
Insignis clypeo, clypeo septemplicis orbis
Sed posito, positoq; graui cum casside telo,

Imbel-

Imbellem [illegible]
Vocalemque lyram, [illegible]
Possit, & [illegible]
Tum sit Virgineum [illegible]
Quo cantu [illegible]
Fluminaque, & [illegible]
Intonuit caelum: [illegible]
Responsant valles, [illegible]
Nereusque, Ocean[...]que, & [illegible]
Hic hodie Deus est: [illegible]
Laetus amet, quique [illegible]
Primum amet: atque [illegible]
Diuam imo [illegible]
Caelicolis [illegible]
O lux eximia, o [illegible]
O superi fax viua [illegible]
Continet exiguo gyro, [illegible]
Orbe, serex [illegible] quicquid [illegible]
Quicquid Erytraea, quicquid [illegible]
Quicquid Arabs [illegible]
Intonsusque Cilix, & [illegible]
Nimirum hic Deus est: hodie [illegible]
Laetus amet; quique [illegible]
Primum amet. Hic [illegible]

Edita consurgunt Romana Palatia cliuo,
Erigitur Crux alma foro stellata smaragdis,
Auro inducta leui, crebrisq; asperrima signis,
Non tamen hic belli finis: nec fessa laborum
Hic Ducis Ausonij posuit Victoria pennas.
Sunt armis repetenda nouis noua regna superbo
Quae tenet imperio, telisq; & caede cruenta
Christiadas gentemq; piam diuexat, & oras
Maximus euertit primo sub sole iacentes.
Sentiat hic etiam Crucis omina, sentiat hastas
Aethere vibratas, & ineuitabile fulmen
Constantinus ait. rursumq; in bella cohortes
Euocat; & pulso Bythina ex vrbe Tyranno,
In Licini conuertit opes, & praelia victor
Terna mouet: caeso praedone reducitur agmen
Auspicio Crucis inuictum, & caelestibus armis.
Tum signi noua maiestas per regna cucurrit
Romano subiecta iugo. volat alite certo
Per cunctas Crux alma plagas: nec sistitur vllo
Tempore. quin etiam longis non solibus actis
Sideream intuitus Caeli inter clara Columbus
Astra Crucem ignoto commisit vela profundo
Et populis audax patefecit signa repostis.

DIVO

DIVO GEORGIO,

PANEGYRICVS.

Dictus ab Hugone Flisco Genuensi.

XII.



Vrea dum rutilis radiant euincta coronis
Purpureae vexilla Crucis, domitoq́ nigrantum
Vmbrarum domino, tumulo rediuiuus ab ipso
Morte obita, Christus remeat sub luminis auras,
Belligero sublimis equo, pura aegide fulgens,
Casside conspicuus, motaq́ Georgius hasta
Cernitur, & vultus ostentans luce decoros
Auxilium populis promittit certius, olim
Quam daret Ausonijs victricia tela Gradiuus.
Sis felix Diue Armipotens; neu respue nostros
Tu numeros: quamquam bellis assuetus in ipsos
Tela moues Thraces semper, Superisq́ rebelles
Arduus inuicto profligas ense cateruas.
Sis felix: seu terga tibi lucentia fictus

Sub-

Edita consurgunt Romana Palatia cliuo,
Erigitur Crux alma foro stellata smaragdis,
Auro inducta leui, crebrisq; asperrima signis,
Non tamen hic belli finis: nec fessa laborum
Hic Ducis Ausonij posuit Victoria pennas.
Sunt armis repetenda nouis noua regna superbo
Quae tenet imperio, telisq; & caede cruenta
Christiadas gentemq; piam diuexat, & oras
Maximus euertit primo sub sole iacentes.
Sentiat hic etiam Crucis omina, sentiat hastas
Aethere vibratas, & ineuitabile fulmen
Constantinus ait. rursumq; in bella cohortes
Euocat; & pulso Bythina ex vrbe Tyranno,
In Licini conuertit opes, & praelia victor
Terna mouet: caeso praedone reducitur agmen
Auspicio Crucis inuictum, & caelestibus armis.
Tum signi noua maiestas per regna cucurrit
Romano subiecta iugo. volat alite certo
Per cunctas Crux alma plagas: nec sistitur vllo
Tempore. quin etiam longis non solibus actis
Sideream intuitus Caeli inter clara Columbus
Astra Crucem ignoto commisit vela profundo
Et populis audax patefecit signa repostis.

DIVO

DIVO GEORGIO,

PANEGYRICVS.

Dictus ab Hugone Flisco Genuensi.

X I I.



Vrea dum rutilis radiant euincta coronis
Purpureae vexilla Crucis, domitoq; nigrantum
Vmbrarum domino, tumulo rediuiuus ab ipso
Morte obita, Christus remeat sub luminis auras,
Belligero sublimis equo, pura aegide fulgens,
Casside conspicuus, motaq; Georgius hasta
Cernitur, & vultus ostentans luce decoros
Auxilium populis promittit certius, olim
Quam daret Ausonijs victricia tela Gradiuus.
Sis felix Diue Armipotens; neu respue nostros
Tu numeros: quamquam bellis assuetus in ipsos
Tela moues Thraces semper, Superisq; rebelles
Arduus inuicto profligas ense cateruas.
Sis felix: seu terga tibi lucentia fictus

Sub-

Edita consurgunt Romana Palatia cliuo,
Erigitur Crux alma foro stellata smaragdis,
Auro inducta leui, crebrisq; asperrima signis,
Non tamen hic belli finis: nec fessa laborum
Hic Ducis Ausonij posuit Victoria pennas.
Sunt armis repetenda nouis noua regna superbo
Quae tenet imperio, telisq; & caede cruenta
Christiadas gentemq; piam diuexat, & oras
Maximus euertit primo sub sole iacentes.
Sentiat hic etiam Crucis omina, sentiat hastas
Aethere vibratas, & ineuitabile fulmen
Constantinus ait. rursumq; in bella cohortes
Euocat; & pulso Bythina ex vrbe Tyranno,
In Licini conuertit opes, & praelia victor
Terna mouet: caeso praedone reducitur agmen
Auspicio Crucis inuictum, & caelestibus armis.
Tum signi noua maiestas per regna cucurrit
Romano subiecta iugo. volat alite certo
Per cunctas Crux alma plagas: nec sistitur vllo
Tempore. quin etiam longis non solibus actis
Sideream intuitus Caeli inter clara Columbus
Astra Crucem ignoto commisit vela profundo
Et populis audax patefecit signa repostis.

DIVO

DIVO GEORGIO.

PANEGYRICVS.

Dictus ab Hugone Flisco Genuensi.

XII.



*Vrea dum rutilis **radiant euincta** coronis*
*Purpureae vexilla **Crucis**, **domitoq;** nigrantum*
*Vmbrarum domino, **tumulo rediuiuus** ab ipso*
Morte obita, Christus remeat sub luminis auras,
Belligero sublimis equo, pura aegide fulgens,
Casside conspicuus, motaq; Georgius hasta
Cernitur, & vultus ostentans luce decoros
Auxilium populis promittit certius, olim
Quam daret Ausonijs victricia tela Gradiuus.
Sis felix Diue Armipotens; neu respue nostros
Tu numeros: quamquam bellis assuetus in ipsos
Tela moues Thraces semper, Superisq; rebelles
Arduus inuicto profligas ense cateruas.
Sis felix: seu terga tibi lucentia fictus

Sub-

Ardentis galeae, variat thoraca timendum,
Scribit & aetherea clypeorum insignia luce.
Ergò acies illo fidens pulcherrima signo
Ingreditur, pugnamq. vocans, discrimina mortis
Iam vicina suae securo in pectore versat.
Primus init, varioq. mouet Rex ordine pubem,
Dirigit & medio lunatas orbe cateruas,
Quà tacite Tuscas mordet vetus Albula ripas.
Illi purpureis ardet Crux addita cristis,
Stellat apex capiti, absistunt à vertice flammae,
Et lucem clypeus, lucem vomit ignea cassis.
Haud aliter, quàm sublustri cum nocte cometes
Apparet lugubre micans; regnisq. minatur
Excidium, & tristi percellit lumine terras.
Parte alia auspicijs, caeloq; ingressus iniquo,
Infestis vexilla mouet Maxentius armis
Illudens acies, ludens extantia contis
Signa Crucis, magnisq. suos hortatibus implet.
Congreditur renuente Deo; nolentibus astris,
Inq. hominem, caeli coniurant signa tonantis,
Horrendaeq. faces, & nigro turbine nimbi;
Quaeq. ciet pluuias aduersa resibilat Arctos.
At Constantinus diuina percitus aura,
Numineq. instinctus tacito, videt omina pugnae

Candi-

Candida, Caelicolas videt auxiliaribus armis
Aduentare procul, terq. altas lumine puro
Scintillare Cruces, & bellum instare secundum.
Nec signis dubitanda fides. irrumpit in hostes,
Audacesq. immittit equos, peditumq. cohortes
Quà mage consertis apparent agmina turmis.
Fit via vi: gladio nunc hos, nunc demetit illos,
Nunc pedibus proturbat humo, calcatq. iacentes
Agminis obtriti cumulos, & inutile vulgus,
Primoresq. Duces, currusq. auertit equorum.
Nec prius absistit, summo quam ponte Tyrannum
Exciperet fluuius Tyberina in stagna cadentem,
Implicitumq. armis Tyrrhena inuolueret vnda.
Conclamatur iò; responsant littora longe
Victor iò: vario responsant moenia plausu,
Victricesq. canunt victricia signa cohortes.
Itur in aeternam septenis collibus Vrbem
Impositam, longa repetuntur Dardana pompa
Regia Remi, & festo Capitolia celsa triumpho.
Stant media monumenta via; stat nobilis arcus
Marmore caelatus Pario, fultusq. columnis
Vndiq. & artifici pendens testudine moles,
Scriptaq. deuictae series pulcherrima pugnae.
Praecipue Patrum quà Curia fulget, & alto

Edita

Edita consurgunt Romana Palatia cliuo,
Erigitur Crux alma foro stellata smaragdis,
Auro inducta leui, crebrisq; asperrima signis,
Non tamen hic belli finis: nec fessa laborum
Hic Ducis Ausonij posuit Victoria pennas.
Sunt armis repetenda nouis noua regna superbo
Quae tenet imperio, telisq; & caede cruenta
Christiadas gentemq; piam diuexat, & oras
Maximus euertit primo sub sole iacentes.
Sentiat hic etiam Crucis omina, sentiat hastas
Aethere vibratas, & ineuitabile fulmen
Constantinus ait. rursumq; in bella cohortes
Euocat; & pulso Bythina ex vrbe Tyranno,
In Licini conuertit opes, & praelia victor
Terna mouet: caeso praedone reducitur agmen
Auspicio Crucis inuictum, & caelestibus armis.
Tum signi noua maiestas per regna cucurrit
Romano subiecta iugo. volat alite certo
Per cunctas Crux alma plagas: nec sistitur vllo
Tempore. quin etiam longis non solibus actis
Sideream intuitus Caeli inter clara Columbus
Astra Crucem ignoto commisit vela profundo
Et populis audax patefecit signa repostis.

DIVO

DIVO GEORGIO,

PANEGYRICVS.

Dictus ab Hugone Flisco Genuensi.

X I I.



Vrea dum rutilis radiant euin-
cta coronis
Purpureae vexilla Crucis, do-
mitoq; nigrantum
Vmbrarum domino, tumulo re-
diuiuus ab ipso
Morte obita, Christus remeat sub luminis auras,
Belligero sublimis equo, pura aegide fulgens,
Casside conspicuus, motaq; Georgius hasta
Cernitur, & vultus ostentans luce decoros
Auxilium populis promittit certius, olim
Quam daret Ausonijs victricia tela Gradiuus.
Sis felix Diue Armipotens; neu respue nostros
Tu numeros: quamquam bellis assuetus in ipsos
Tela moues Thraces semper, Superisq; rebelles
Arduus inuicto profligas ense cateruas.
Sis felix: seu terga tibi lucentia fictus

Sub-

Submittit sonipes elato vertice, signans
Quae cum Taenarijs sumpsisti bella Cerastis.
Seu verus te portat equus, veriq. figura
Omnibus inspectanda refert miracula terris
Quae fuerunt, te pro misera pugnante puella.
Namq ferunt Vrbis stagnum lugubre Silenae
Pestiferi quondam obsessum statione Draconis,
Cuius tabifico tellus afflata veneno
Squalebat, victum prohibens mortalibus aegris.
Non illo errauit quondam Tigris vlla per agros
Saeuior Hyrcanos, Lybicis non vlla cauernis
Bellua delituit, non ipsa est maior Echidna
Verticibus ramosa nouem. non ille Dianae
Defrenatus aper: septem non corpore Python
Iugera complexus; quem strauit Apollinis arcus.
Stabat quippe cauo serpens resupinus in antro
Pastus caede boum, pecudumq. cadauere pastus,
Oraq. diffuso lambens rorantia tabo.
Vertitur interea, & sinuosa volumina tergo
Complicat huc illuc referens: caudãq. remulcens;
Attollit furiale caput; squammosaq. voluit
Pectora, & ardentes expirat ab ore fauillas.
Hinc iterum rabie exigitur: per ouilia tendit
Caeca iterum, siccisq. pecus, pecorisq. magistros

Den-

Dentibus infringens, miserando funerat ictu.
Quos necat afflatu, quos vngue cruentat adunco,
Multiplicabilibus quos orbibus abdit in antrum.
Consequitur caeli vitium, fusoq veneno
Atra lues metuenda viris contagia morbi
Crebrescunt semper: recidunt arentibus herbis
Cum pastore greges; pereunt armenta, nec ipsis
Parcitur interea confusae ciuibus vrbis.
Quin aegra, heu, natũ genitrix ad funera portat;
Consortemq thori sequitur diffusa capillos
Illacrymans coniux, & tundens pectora palmis.
Viuere iam funus, iam mors vita aegra putatur.
Nempe nouum imposito decumbit corpore corpus,
Lethiferumq. augent proiecta cadauera morbum.
Saepe adeo ciues tulerant horrentia contra
Tela ferum frustra: frustra clypeata iuuentus
Marte lacessiuit frendentem dentibus hostem.
Saepe virùm scutata phalanx, equitumq. volantũ.
Turma ferox vanos squammis impresserat ictus,
Inq; aluum imbelles nequicquã intorserat hastas.
Loricae nam terga modo contexta trilicis
Obijcit, & missas cute reijcit ille sagittas.
Et cum clãgorem exceptat, strepitumq. tubarum,
Hinnitusq procul pulsantum sentit equorum,

Cor-

Corpore subrigitur toto, peditesq́; , equitesq́;
Despicit affuses, densisq́; addensa maniplis
Agmina: nec Stygio cessat vomere ore mephitim
Et gemino trifidas iaculari lumine flammas.
Arrectae tumido surgunt in vertice cristae,
Cupressos quibus exuperat, pinusq́; comantes.
Sibila colla mouet, mouet ora micantia linguis,
Exertat fauces, gladiosq́; inuadit anhelans.
Attonitus dissultat equus, frenoq́; teneri
Non potis est, fugiunt viso vexilla Dracone,
Diffugiunt actae trepido terrore phalanges.
Cladibus his demum fessus Rex ipse Silenae
Scitatum iubet ex adytis oracula Phoebi
Ire viros; illi feralia dicta reportant.
Ciuili referunt placandum sanguine monstrum
Et dape crudeli: Sunt sorte legenda quotannis
Corpora de populo, saturent quae vasta subinde
Viscera. iam ciues pereunt sine fine, Colubro
Nempe dapes poscente nouas: è sorte petuntur
Plebei, proceresq́; simul; confusaq́; vulgò
Turba cadit; cunctos rapit inclementia fati.
Annus abit, remeatq. annus, nec tanta residit
Caede fames: demum crudelis vertitur vrna.
Regis in immeriti Natam. illa innupta Parenti

Vna

Vna erat, & regni superans, spes vna cadentis;
Cogitur infelix rabiem saturare Draconis,
Infelix: nec forma mouet pulcherrima ciues,
Virgineusq; decor, nec flos tener ille iuuentae,
Non mouet egregius regali è stemmate sanguis.
Ornatur miserae funus; iam pompa paratur
Omnis in exequias: adsunt spectantq; parentes,
Atratisq; tegunt rorantia vestibus ora:
Subsidium nec ferre parant, sed tempore dignos
Anxifero taciti rumpunt è pectore questus
Scilicet illacrymant tristes, & sydera Caeli
Cruda vocant, feriuntq; leues vlulatibus auras.
Illa autem interea velut hostia sistitur arae,
Obijciturq; ferae. Constringunt vincula palmas,
Stringit vitta comas, nigranti vitta colore
Funerea, & pullo velantur corpora peplo,
Dum trepido pallore riget iam morte propinqua
Languida, & horrendū monstri despectat in antrū
Expectatq; vdos humano sanguine rictus,
Ecce prope horrisonum diuersa è parte repente
Belliger hinnit equus: ceu flexilis aere canoro
Cum tuba directas accendit in arma cohortes.
Excutitur Virgo, & fremitu respirat equino,
Errantemq; legit moribundo in pectore sensum.

Quippe

Quippe altum, clypeoq; videt, galeaq; coruscum
Stare equitem supra, & mortẽ intentare Draconi.
Tam subitam miratur opem, meritasq. rependens
Caelitibus grates, blanda prece concitat vltro
Bellatorem. Animi Iuuenis miserere labantis
Quisquis es ò nostras in tempore vectus ad oras,
Aut diuorum aliquis, mortali aut maior honore.
Ille autem. Tu parce metu Virgo inclyta dixit,
Regia progenies illo non digna voratu.
Sospes eris: pro te ceruix haec aspera ferro,
Stat pro te rutilo pectus thorace timendum.
Experiere fidem tantis erepta periclis.
Nullus ab hoste timor. tibi certa Georgius arma
Ipse fero, & valido munitam robore dextram.
Ille mihi spolium serpens, mihi tergus opimum
Debet, & erectas sublato in vertice cristas.
Interea exierat tenebroso liber ab antro,
Collaq; multiplicem tumefactus caerula, linguam
Vibrat, & inflexo tellurem corpore verrit.
Nec plus ille aberat trepidãte à Virgine, quã quod
Transmittit spatium Balearica funda per auras.
Ast eques inspecto haud minus imperterritus ãgue,
Quàm fuit Arcitenens viso Pythonis hiatu,
Aut vagus Alcides fluuio variante figuras;

Arma

Arma parat contra; parat horrida tela, sed ante
Praefatur Superos; ac talia voce precatur.
Alma faue Infernos Crux vincere docta Colubros,
Quae galeae conum summae mihi pingis honorũ.
Alma faue: tibi bella gero, tibi miles in armis
Excurro, tibi praedam aris suspendimus olim,
Splendidaq; è victo suspendimus hoste trophaea.
Dixit, & aduerso conuertit pectora monstro;
Complexusq; hastam, & scuto septemplice tectus
Pronus adurget equũ,& telũ penetrabile quassat.
Concutit ora Draco, maculosaq; terga reflectens,
Longa voluminibus circumplicat agmina caudae,
Cornipedem insidijs capturus, & arte magistrum
Excussurus humi, & praeda fruiturus vtraque.
Insurgit tamen, atque hastam sub gutture pressam
Miles agit, calido versans in vulnere ferrum,
Obstantiq; iterum bipatentia traijcit ora.
Voluitur ille solo, praetexit pondere campum
Semianimis, viuitq; tamen, sed sanguine tardus
Effuso, spirisq; mouet iam corpora pigris.
Cogitur in laqueum, atque in cĕpita ducitur vrbis,
Inq; forum medium procerum plaudẽte caterua,
Consequitur turba, euentum admirata, canitq;
Voce Ducem laeta, ceu quondam Dardana pubes

Romuleo cecinit deuictos Marte Sicambros.
Venerat ad Regem victor, gratatur ouanti
Ille viro, natae gratatur, & ille receptae,
Victricemq; hastã amplexans dabat oscula dextrae.
Vndiq; fit plausus, totis concurritur aruis,
Certatimq; feram inspectant, spectantq; puellam
Sic reducem & durae praereptam è limine mortis.
In lucem nox illa almam, atq; in gaudia versus
Luctus erat; risus lacrymas exceperat vdas,
Alternatq; vices melior fortuna priores.
Dicere iò paean iussit Rex, dicere paean
Hospes iò: tu terrigenas inuicte Dracones
Tu dapibus monstrum potis implacabile nostris
Perdere solus eras, miserisq; accurrere rebus,
Et longa trepidas formidine soluere gentes.
Tu morbum, & caeli corrupto è limite pestem
Tristitiamq; fugas, tu sceptra cadentia fulcis,
Tu capiti Regum diademata lapsa reponis.
Iam nobis tu sanctus eris: tibi ponimus aram
Thuricremam: meritos hodie sacramus honores,
Quos repetent semper longinqua aetate minores.
Haec seu vera canit, dubijs seu miscuit vmbris
Fama vetus, liquidis te Diue coloribus olim
Finximus in templis; docta te finximus arte.

Aegide

Aegide contectum, munitum cassside fulua,
Fulmineo accinctum gladio, teloq; micanti,
Et sternacis equi dorsum fido aere prementem.
Hinc tu militibus praeses iam saepe vocatus
Crederis in dubio dexter certamine pugnae,
Crederis & versos olim reuocare maniplos,
Hostilesq; fugare acies, atque aurea magnae
Signa Crucis, contra praetendere barbara signa.
Nempè aderas, densis nuper cum vincta cateruis
Pugnabat Melitusa manu, Superisq; secundis
Tandem Bistonias auertit in aequora turmas.
Ipse aderas Pelago in magno, cū fortibus ausis
Et Cruce munitus valida, sacrisq; litatis
Romuleus fregit Selimi rostra Columna,
Threïciamq; alto demersit gurgite gazam:
Nec minus è caelo sublimis, & aëre septus
Pannonijs aderas felix; iuuenemq; regebas
Bactorium innumeras cum disiulit agmine gētes.
Ergo ades, & nostris etiam succurre periclis
Diue parens. tu quam metuit Germania pestem
Disijce: tu foedam in melius cōuerte procellam.
Namq; superstitio sacris incumbit, & aris
Bella ciens, centumq; ferox armasse cohortes
Dicitur in Diuos, & in aurea templa furentes;

Quin iterum classes ornat, stipatq; carinis.
Arma iterũ Thrax ille ferus, quà murmure vasto
Euxinus dat iura mari, venturus in ipsos
Italiæ fines, vexaturusq; Sicanos.
Quare age per sudum aligeris velocior Euris
Labere; ferratam crispans in nubibus hastam,
Quadrupedemq; cita, & clypeũ praetende salubrẽ.
Teutonicas confunde acies; quas dira flagellis
Instimulat Bellona nouis in tecta piorum,
Subiectaq; agitat flamma furialis Enyo,
Disijce & Haemonias inopino turbine puppes.
Neu Calabrùm pulsent oras, & Brutia regna,
Trinacriaeq; iterum littus, Melitemq; retentent,
Veliuolas inuade rates, atque aequora supra
Nube caua tectus, venientum occurre furori.
Nec minus Insubres, opulentaq; regna tuere,
Hesperiaeq; aditum, dubio qui Marte tenetur.
Et timet, & circum ciuilibus adsonat armis.
Hos etiam, quoniam potis es, compesce tumultus.
Cognatasq; manus composta pace serena.
Et ciues retine, & trepidas cum ciuibus vrbes.
Praecipue, mihi quae lucem, & primordia vitae.
Nomenq;, Fliscumq; genus, carosq; penates
Alma dedit: tumidum quà saxa Ligustica pontũ

Infre-

Infrenant, longam curui quà littoris oram
Praetexunt albo subductae marmore turres,
Crebraq; distinguunt praetoria molibus hortos.
Illam Diue Ioue, si te vocat vsque parentem,
Ostentatq; pio portarum in limine pictum,
Et cumulat semper sacris, atque auget honore,
Diue Ioue, patrium si te quondam auspice regnum
Protulit Ionium supra: Tanaimq; sonantem
Attigit imperio; Chiumq;, Cyprumq; propinquam
Finibus Aegypti, & gauisam palmite Lesbon
Pampineo, & media Thracum sub sede Perinthũ.

IN DIEM PENTECOST.

XIII.



TE procul fraudes: humiles absistite curae:
Nam furor humanos abigens è pectore sensus
In noua perducit rerum miracula mentem.
Nempe micant fibrae, dio praecordia motu

Icta micant: dulciq; animus percussus ab vestro
Ire cupit, caeliq; velit percurrere gyros:
Ecce nouo pluit igne Deus, Deus ecce repente
Multifido caecas aspergit lumine terras:
Inuaditq; homines, mentesq; & pectora mutat.
Hanc adeo ne sperne chelym, ne carmina tenia
Exiguis diducta modis: & me quoque flammis
Imbue, si vatem libet hunc aptare tuorum
Spiritus alme choris. Feror arduus aethera supra,
Supra Euri, Zephyriq; domos: vnde igne perenni
Emanas: fluuio quà prodigus effluis aureo;
Rimarisq; animi riguo penetralia sensu,
Et resides vrges vires, & inania corde
Vota fugas suadens patriae immortalis amorem.
Sit mihi fas supera labentes arce fauillas
Puraq; mirari tectis diffusa cauatis
Lumina, ceu quondam discurrunt sidera tractim.
Sit mihi fas hominum caelestia dicta referre
Corda quibus sacer haurit amor, flãmasq; coruscas
Intus alit tenera spargens corda ebria luce.
Nam video radijs ter scintillantibus omnem
Compleri terrarum orbem. video alitis Aurae
Flamine correptos Patres, mirisq; repente
Soluentes docta ora modis, ac mira loquentes.

Nempe canunt, idem vt nullo de semine cretus
Ante chaos vacuum, caeliq; ante astra profundi
Aeterno cum patre Deus par ipse Parenti
Regnarit natus, soboles nullo edita partu,
Pontumq;, terrasq; & squammea regna natantũ,
Quadrupedũq;, hominumq; genus vitalibus auris
Protulerit primo faciens exordia mundo.
Aetherea tu cuncta regis moderator ab arce
Sidereo nixus solio. Tu nubila longam
Ire viam caeli conuexa per ardua cogis.
Tu scatebris voluis stagnantia flumina late:
Tu variam dura fortunam compede vincis:
Tu casum pedibus calcas, fatumq; superbum
Multiplicabilibus nodis, & lege coërces.
Tu montes digitis fulcis, dextraq; corusca
Torques astra potens, & inertis pondera terrae
Sustentas; habiliq; moues elementa rotatu.
Tu Patris è gremio teneram delapsus in aluum
Virginis innectis caelestibus infima rebus,
Dissitaq; aeterno committis foedere pacis.
Et memorant simul, vt rupis sub margine quondã,
Bethlemicaeq; domus tecto, stabuloq; sub atro
Inter arundineas frondes, calamosq; palustres
Candidus in lucem mortalibus exijt Infans

Nec minus vt tacito Mareotica regna receſſu
Viſerit effugiens, donec male ſuada furentis
Detonet ira Ducis, bellumq; immane Tyranni,
Vt Solymas docuit dictis; & voce magiſtra
Spectandos grauitate ſenes: vt flumine puro,
Iordanisq; aſperſus aquis luſtralibus, altas
In ſiluae latebras ſeceſſit numine plenus,
Regem Erebi infeſtũ domiturus, & agmina Regis.
Tu laticem, vitreumq; amnis fuſura liquorem
Dolia, cum vacuis generoſa munera Vitis
Defecere cadis media inter pocula caenae,
Pro liquidis mera laeta iubes profundere lymphis.
Tu nautis cum nulla fugae, cum nulla ſalutis
Spes erat, & miſeram puppis ductura ruinam
Fluctuat huc Zephyris incerta, huc fluctuat Euris,
Imperio immites animas, & carcere frenas,
Nubilaq;, & multa placas maria alta quiete.
Tu calidas abigis languenti è corpore peſtes:
Tu quibus obſtructaeq; aures, aut linga reuincta,
Aut oculi contuſa acies, atque indiga purae
Lucis erat, reſerasq; aures, linguamq; reſoluis,
Et rutilum ſpectare iubes noua lumina mundum.
Quin repetunt veterẽ vt labem mortalibus aegris
Abluerit, vitaeq; vias, & patria regna,

Quae

Quae quondam obstruxit primaeui noxa parētis,
Morte obita tandem reserarit, & inclyta caelo
Intulerit dura venalia caede Trophaea.
Scilicet effuso manauit sanguinis imbre,
Quo bene Getsemani maduere cacumina montis;
Feralemq; trabem passus, clauosq; trabales,
In facilem clausit tantisper lumina mortem.
Nanque animus gelido postquam de corpore cessit,
Sub terras multo radiatus sidere se se
Condidit, igniuomis vbi lugent antra cauernis;
Asseruitq; pios, & nodis vinxit ahēnis
Tartareos populos, desertoresq; maniplos.
Inde nouus liquidis cum ter digressus ab vndis
Purpurea Phoebus lustrasset lampade terras,
Rursus vbi exanimum saxi sub fornice corpus
Stabat adhuc, reuolat facilis: simul afflat honorē,
Et sensum, vitamq; refert, & mortis adempto
Vulnere, diuino perfundit lumine membra.
Sic trahit ille moram, donec saepe actus in orbem
Sol potuit fecisse fidem. tum sidera nube
Vectus adit, patrijsq; iterum se reddidit oris
Ocyor Alituum plumis, & flamine Cori.
Nunc tua decedens, quae tum promissa dedisti
Noscimus, & magni veneramur Numinis Aurā

Quique

Quiq. animi labem penitus depaſcitur ignis.
Haec recinũt ſimul: at ſolito nõ carmine Patres:
Non hominem vox illa ſonat. namque ignea ſupra
Lingua caput micat, exuritq. innoxia tactu
Corda virum, & placida ſuccendit pectora luce,
Expedit & voces, & ſenſibus abditur imis.
Tum ſubito impellũt poſtes: domus alta pateſcit,
Quae modo terrificis fuerat damnata tenebris:
Erumpunt, ſe ſeq. in aperta pericula mittunt.
Nimirum hos acuit noua vis: Deus ipſe medullas
Occupat, & tacito ſibi fingit numine mentes.
Iamq. illis Solymam vario de cardine mundi
Cultu etiam vario gentes adiere diebus,
Sacrorum ſtudio viſendaeq. Vrbis amore.
Quas vbi conſpiciunt aſflati luce ſerena
Biſſeni Proceres, inſtinctaq. Numine turba,
Orantes ignota docent, mirabile dictu,
Vox eadem ſubito claros ad barbara reddens
Corda ſonos, varias mulcet ſermonibus aures.
Illam haurit populus tellure Lybiſſide cretus,
Illam diues Arabs, Creteſq. hauſere Phrygeſque,
Qui bibit Euphratem, Nili qui lata phaſelis
Stagna ſecat, Gangis flaua qui mergitur vnda,
Quoſque aſflat Sol occiduus, quoſq. aſflat Eous,

Quos

Quos vrit grauis Vrsa gelu, quos luce Syene.
O monstra, & seris miracula cognita saeclis,
O summo transcripta hodie gens aurea caelo.
Nanque hominem velut exuti, vitaeq. fluentis
Obliti, Aligeros imitantur, & alta peragrant
Sidera: quique modo mortis formidine capti
Se caecis pauidi tectis, tenebrisq; tenebant,
Terroris nunc expertes, trepidoque soluti
Corda metu, diuina loqui verumq; profari
Luce palam, & Solymae dominis cernentibus audent
Non gladios, non bella timent, non aspera crudae
Instrumenta necis, rapidaeq; incendia flammae;
Non aras Busiri tuas, non arma Procustes
Dire tua, aut tauros candentes igne Perilli;
Quaeque viris quondam functis, & lumine cassis
Turbidus intentat caeca Mezentius ira.
Quin Iuuenẽ indigna cõclamant morte peremptũ,
Isaciduq; dolis, & proditione suorum,
Insontem, & magni referentem iussa Parentis.
Tum ventura monent. postrema incendia rerum
Dira monent: cũ summa dies mundi obruet arces,
Et laqueata ignes absument tecta vagantes,
Oppidaq;, & magnis exstantia moenia pinnis.
Terra etenim procumbet iners, & in aethere sũmo

Obdu-

Obductum nigra stabit caligine caelum.
Et sonus Aligerum horribilis, clangorq; tubarum
Iam positos cineres animabit, & ossa sepulcris
Conciet; ac magni ducens ad Iudicis ora
Omnem hominũ sobolem: caelo quos asseret aureo,
Aeternis quos merget aquis stagnantis Auerni.
Nec minus haec longis cecinere oracula terris,
Limite quas vitreo distraxit caerula Calpe,
Quas scopulis Scythiae montes texere remotis.
Nam varias iuere vias, externaq; Nerei
Littora, quà Phoebus prima ferit aequora luce,
Quà fessos curuo condit temone iugales.
Scilicet ille sonus gentes peruenit ad omnes,
Exceptusq; Tagi populis, exceptus & Indis.
Audijt & si quem glacialibus abluit vndis
Thulẽ vltra mare cõcretũ, si quẽ ambit Hydaspes
Aurifer, aut Hermus flaua taciturnus arena:
Audijt & Meröe, teneri audiuere Sabaei,
Audijt & si quis cernit cunabula Nili.
Audit nunc etiam extremo gens dissita mundo,
Quam modo veliuola decurrens aequora puppi
Nobilis ignoto reclusit in orbe Columbus.
Brasilis hunc audit, felix hunc audit Iapon,
Quem Superis Ducibus, diaq; instinctus ab aura

Flumi-

Flumine Xauerius potuit lustrasse salubri,
Xauerius longos populis perhibendus in annos.
Non ignota illum tardarunt solis Eöi
Littora, non pontus, non monstra natantia ponto,
Non rabies vesana Noti, non praelia Cauri,
Cum furit, aduersamq́ʒ sonās bacchatur in Arctō:
Non Hyadū turbata cohors, non imbrifer Hoedus,
Sidera quae caeli temerant stellantia templa,
Et ferruginea contristant omnia nube.
Non altum scopulus mediū proiectus in aequor
Terruit, aeternum cui spes dedit anxia nomen,
Infamis scopulus, Nautarumq́ʒ ossibus albus.
Non grauis hospitibus tellus, non sparsa per agros
Barbara gens Indos expers pietatis, & aequi,
Quae nudis degit specubus, quae more ferarum
Dicitur humano distendere viscera tabo.
Scandere quin audet pedibus non peruia saxa,
Et loca senta rubis, exustaqʒ solibus arua,
Culminaqʒ hybernis semper damnata pruinis.
Quin validos tranare amnes, quin vertere retro
Infandas acies, atqʒ agmina saeua malorum
Non dubitat. votis audax, letiq. ruina
Posthabita, potis est vultum perferre Tyranni
Iam rapidis instantis aquis, iam carcere duro ;

Iam liquidam plumbi massam, ferrūq; minantis.
Stat Trinum vulgare Deum, stat vera fateri,
Seu sit opus stricta arma pati, seu occūbere morti.
Scilicet hūc rapit Aura potēs, rapit entheus ardor.
Aura mouet quecumq; vocant mandata Parentis
Impauidum, & vitae oblitum mortalis amorem.
Salue magne Parens, cultor virtutis auitae
Magne Parens salue. tibi templa, & sacra parātur
Vndiq; : iam picta tibi pendent vota tabella,
Et niueis ardent funalia collita ceris.
Ipse etiam numeros tibi sacro, & carmina, quae te,
Non Phoebo dictante fluunt. tu carminis olim
Principium mihi semper eris, tuq; exitus olim.



IN

IN RANVTIVM FARNESIVM Serenifs. Ducem, cum Clemente Pontifice Romam venit.

SILVA.

XIV.



ACVNDVM quid ceſſat ebur? ſubit ecce ſerena
Frcnte Vrbem Dux ille Ducum placidiſſimus, alto
Cui migrant Helicone chori, iuuat ora tueri;
Magnanimi Ducis ora, leui pulcherrima cultu,
Riſu grata truci, miti feritate verenda.
Dexter ades. tibi vocalem de fontibus vndam
Haurimus: tibi buxus hiat: tibi buccina cornu
Miſta canit: tibi plectra gemũt: tibi tympana fun-
Rauca ſonũ, vario dum feruent cõpita coetu. (dũt
Tu mihi Caeſar eris: qualẽ Mantous ad amnẽ
Cantat oloriferum vates, vbi Mincius errat
Prata per, & ſegetes. plenis date lilia palmis;
Hec ſaltem ornabo te munere; caerula ferte
Lilia

Lilia lecta atauis, gentilia lilia, nullo
Occasura Noto, rigido reuirentia Cauro.
Felix sorte tua: Clemens tibi praenitet astrum,
Ipse tibi Mundus, rerum famulatur & ordo,
Et mutat natura vices. tibi frigidus afflat
Ver tepidum Boreas, Boreaq. precacior Eurus;
Bruma calet, versumq; polus tibi mitigat annum.
Non tu floris eges, quem terra beata Tarenti
Educat, aut Zephyrus geniali suscitat aura,
Aurifer aut hortus fouet, aut Phaeacia tellus,
Idaliumq; iugum: felix vbi floret amomum,
Et nardi matura seges, nulliq. rosēta
Consita, vbi messis studio nutrita Fauonj.
Non tibi Maenaliis velantur frondibus aedes,
Limina non laurus, violae non atria pingunt,
Nec rosa, nec calthae, nec olentis copia thymbrae.
Illa satis, quae, dum Caurus diuerberat Vrbem,
Flumina dum sistit glacie, tibi lilia vernant;
Caerula Clementi bene credita lilia caelo.
Dexter ades; mihi funde iubar, mihi s[..]ria frōtis
Solue: viden qualis scintillat ab axe sereno
Flamma decus testata tuum? Viden inclyte, puro
Qualia per caelum tibi currunt omina gyro?
Laeta canit Clemens, mundi Cortina, potentis
Arbi-

Arbiter Oenotriae, tibi dux, signator, & auspex,
Limina dum Petri, caeli dum limina pandit,
Dum scelerũ purgat formas, dum credita lustrat
Agmina Romulidum peregrinis aucta maniplis.
Interea numeris animum conuerte vocatus,
Dum vacat, & rigidas consumis in otia curas:
Dum positis armis animo connubia tractas.
Non tibi nunc iaculum curae, non arma Dianae,
Intorquenda feris; lato non spicula ferro,
Nodosaeue plagae, cinctiq; indagine colles,
Dispersiq; iugis equites, & odora canum vis.
Non clypeos tractare libet, non tela, nec enses,
Sternacemq; alto compressum in puluere duris
Frangere equum frenis, habiliq; docere lupato.
Pro lituis citharae, pro neruo flexilis arcus
Garrula fila placent, pro telis plectra, lyraeq;,
Pro galea crines, pro cristis torta capillo
Nodorum series, & pro certamine saltus;
Mens aliò intenta est, aliò mens omnis oberrat.
Te quoque iustus amor frangit fortissime: nec te
Sic pudeat frangi, rigidum sic ponere Martem,
Aequum ferre iugum, regno curare nepotes.
Sic erat Aeacides, posito cum molliter arcu,
Tractabat iam pensa puer; cui Scyria virgo

Inflectitq; animos, & corda rigentia carpit.
Ille graues humeros submittens fortia laxat
Brachia, & impexos certo legit ordine crines,
Disponitq. comas admorsu dentis eburni.
Palla placet, noua tela placēt, noua cura medullis
Fixa suis, fusiq; placent, lanaeq;, colusq.
Et picturato vestigia syrmate verrit.
Sic erat Alcides, quem Lydia virgo potenti
Vrebat flamma, bellatricesq. docebat
Carpere pensa manus, pelago quae iura dedissent,
Pacatoq; olim statuissent orbe columnas.
Hoc age, & arma iter tenerā tractasse palaestrā
Pulueris exigui, faciles & Palladis artes
Ne pigeat, leniq; diem consumere ludo.
Tempus erit, si nunc verum praesaga mihi mens
Augurat, ingenti quo tu reuocabere bello
Odrysiumq; Ducem victor, Thracemq. superbum
Consilio, ferroq; premes. Iuuat arma videre
Disposita in versum cuneis: bella, aspera bella
Cernere, & instructas libet aspectare phalanges.
Iam video nostris efferuere turbida campis
Agmina: iam video Venetas Naualibus oras
Concuti, & arguta resonare incude Latinos.
Ferrum Roma domat, vicinasq. excitat Vrbes:
Arma

Arma fremũt Vmbri, miles fremit arma Sabinus
Assuetus bellis, assuetus viuere paruo:
Picenìq; adsunt equites, peditesq; Phalisci,
Auruncìq; senes, duratusq. Appulus aruis,
Et rigidos tellus armat Perusina maniplos,
Tellus diues auis, ferro durissima tellus,
Feruet amor belli: velluntur postibus arma,
Confusumq. fluit vasta fornace metallum,
Et falces, & rastra feros laxantur in vsus.
Rarescunt orni, montisq; cacumina pinu (mis
Nuda vacãt. minus omne nemus, minor ardua ra-
Silua: natant pelago Gargani robora classi
Caesa tuae Dux magne, Ducum fortissime ductor.
Nec minus interea callucent caerula malo
Lilia, panduntur sinuosa volumina veli,
Depictìq; natant flores, & carbasa ventos
Consumunt: classis volat omine concita pleno,
Inuicto commissa Duci, tibi funera mille,
Mille neces, cladesq; ferens ò Barbare, pontum
Qui colis Euxinum; duramq; Propontida seruas:
Qui premis Aemathiam sceptro, Titaniaq. astra
Gentili increpitas signo, lunaq; bicorni.
Non bellatrices Aquilas, saeuosq. videbis
In tua depictos efferuere damna dracones,

 Semi-

Semiuiri non signa bouis, non laeuibus apros
Impositos hastis, fictosq; in praelia cernes
Ire lupos, quales olim Romana iuuentus
Praetulit in Thracem, tua regna; Syrumq; rebellē.
Caerula te poscunt ò Barbare lilia tantum,
Lilia, quae caelum Clementi sidere fouit.
Illa caput Thrax saeue tuum, illa argētea Lunae
Cornua decutient. Ite, & date lintea ventis
Ausonij: vexilla fauent fluitantia proris
Caerula, quae tollit Farnesius: illa sequatur
Qui saluam Romamq; velit, terramq; Latinam.
Sic vbi vidissent caecos instare tumultus,
Caeruleum Aeneadas celsa ad Capitolia signum
Exposuisse ferunt; quo Martia Roma vocatu
Iurataeq; acies, milesq; instructus in armis
Confueret quicunq; Vrbem, quicunq; Quirini
Sceptra velit, patrijsq; velit salua omnia tectis.
Ite alacres, haec signa ferent de Thrace triūphū,
Qualem egit nuper, non longa est fama, Columna,
Itala cum classis Naupactum, altumq; per aequor
Sparsos edomuit scopulos, quà claustra recedunt,
Quà statio puppes bimari tenet Isthmia vallo.
O vtinam non ante mihi vitalia certus
Rumpat fila dies: oneratas diuite gaza

Segnius

Segnius ire rotas, turbaq; resistere plaustra,
Captiuasq; rates, ereptaq; rostra carinis,
Spiculaq;, clypeosq; graues spectare licebit.
Ibis ouans picto iuuenis sublimis in axe
Quadrijugo curru, solioq; exceptus eburno.
Illic barbarico cernam descripta labore
Quicquid in Ionio prosternes aequore ferro;
Quicquid auus fecit, quicquid pater altus ad oras
Vicit Adūaticas magnus Farnesius olim;
Ille Ducum, Regumq; metus, metus ille Britāni,
Consilio insignis, virtute insignis, & armis.
Illic Belgarum populos, & capta videbo
Oppida, & inductos castris hostilibus amnes,
Obiectosq; graues irata ad flumina pontes.
Cerno diem? cerno? quid fallor imagine lucis?
Huc ades ò bona lux. quid sidera lenta moraris
Phosphore? ten video flammis lucere malignis?
Verte diem, qua tu melius fulgebis ad Oetam,
Qua textis incincta rosis Aurora capillum,
Splendidior solito, nitidis iactantior astris
Memnonium picto bustum temone lacesset.
Tunc citharam pulsare meam: tunc fila licebit
Pellere liberius, quae nunc testudine rauca
Exiguum fundunt digitis animata susurrum:

Tunc caelo descendet honos, viuiq; lepores
In numerum plaudent hilaris per caerula Mundi,
Periq; torũ noua Nupta tuũ, thalamosq. iugales,
Felices inter ò felicissima Virgo,
Romuleas inter celeberrima Heröinas,
Oenotriae decus altae, ò inclyta Margarita.
Aspicis vt ferrum iuuenis mitissimus vltro
Abijcit? ille pio tandem labefactus amore
Prolem optat Regnis; & genti consulit aureae.
Quare rumpe moras mundi iustissima cura,
Tardas rumpe moras, complectere lilia Virgo,
Lilia sideribus, vestro & bene debita caelo.
Ille tuos non tam cultus, aut membra, manusq.
Luminaq;, aut crines, aut nexile crinibus aurum,
Quam tacitas semper dotes, quam fertile semper
Ingenium, moresq; pios, docilemq; iuuentam,
Virtutumq. chorum reputat, vultumq; pudicum,
Quem decor expressit, quem grata modestia finxit.
Pande rosas ò Nupta tuas, ò candida Virgo
Pande iubar, soliq; libens committere; flores
Caeruleos astris bene coniunctura maritos;
Felicem factura virum, genitura nepotes
Omnes regales, omnes sceptra alta tenentes.
Sic olea in magno quondã frondosa Taburno,

Sic seges in campo; pingui sic pausia colle
Consita. sic myrtus, sic & Parnassia laurus
Pullulat ab radice ferens densissima siluam,
En te Roma vocat, nouus en te Nupta maritus
Aduocat in thalamos, molli quos picta Celenae
Maeoniaeq. nuru, tortisq; illusa per artem
Flexibus, & Phrygijs variant aulaea figuris
In medio geniale rubet puluinar eburno
Innixum fulcro, quod buxo, ebenoq; notatum,
Argentoq; micans, atque Orycia terebyntho
Tincta tegunt latè Meliboeo pallia fuco.
Ille tibi noua Nupta torus nitet aureus. illic
Viue diu, & Latio propera, Parmaeq; nepotes
Dum super inuertunt calathos, ninguntq; rosariis
Imbre super, manantq; altis opobalsma tectis,
Ictu quae falcis, duro quae saucius vngui
Pinguia Niliacus deflet per vulnera cortex.
At tu parce precor, foetae iam parce parenti
Care puer. tenerum ne vterum, ne mollia rumpe
Ilia, ne latus, aut obstantia viscera laede,
Sed cum te caecis genitrix natura latebris
Formarit, cum membra tibi, cum finxerit ora,
In lucem facilis, Patriq; simillimus exi.
Exi blande puer, cui vultus innatat ignis

Purpureus, frontiq; decus gentile coruscat,
Luminibusq; faces tranquillae, & plurimus extat
Ore parens: cresce, & patrijs insistere factis
Perge: sit & cordi ferrum, sint tela, sagittaeq;,
Hastaeq;, clypeiq;, & pila minantia pilis:
Qualia dicuntur iuueni placuisse parenti,
Belgica cum tenuit patrijs tentoria castris
Dulcis adhuc visu, primaq; in pube iuuentae
Obtriuit niueos duro thorace lacertos,
Et galea scriptas tenera lanugine malas.
Longa tibi generose Puer censetur auorum
Sanguine ab antiquo series. tibi texitur ordo
Longus auùm, quorum possis extendere factis
Nomen, & illustrem Superis attollere famam.
Sed tantum virtute tuum sectare parentem,
Vtq; patris faciem hausisti, frontemq;, manusq;,
Sic animos imitare mares, studiumq; virile,
Sic ferrum, sic arma legas: sic vtile bello
Consilium, moresq; pios; sic fama per orbem,
Gloria sic caelo volitabit; & inclyta semper
Astra super tendet, cursumq; per alta mouebit
Nubila, Lunam vltra, Martisq; meatibus vltra
Contritos orbes, vltra inuia moenia mundi;
Vltra anni, Solisq; vias, caelumq; profundum.

IN

IN VIRGILII POETAE Maximi laudem.

Ad Rhetoricae Auditores.

PANEGYRICVS. XV.



ANTOI monumenta Patris: mens alta Maronis
In vestros libet ire sinus, & in aurea templa
Magnanimo lustrata Viro. Cui Daedalus acer,
Cui non dictus Hylas? cui non cantatus Orestes?
Cui non montano ducens è vertice cautes
Thebanae fidicen citharae, cui Thracius Orpheus
Non olim pepulere citas ad carmina chordas?
Multis bella placent; multis coëuntia mundi
Semina, & aeterna labentia sidera lege,
Solisq́; , Lunaeq́; labor, caeliq́; profundi
Multiplices errore viae, quas explicat aether,
Et variae rerum causae. Vnde ingentis origo
Prima maris, fluuijq́; omnes quo fonte trahãtur:

Prae-

Praecipitesq; ruant in aperti caerula ponti;
Nec tamen interea fines super innatet aequor.
Vnde salo Zephyri superent: vnde aestus arenas
Fluctibus ei ectet summis, & murmure vasto
Adsiliat scopulis, fundumq. resorbeat imum.
Vnde niues, guttaeq. pluant, quibus illita lucent
Prata globis, matutinis cum solibus aër
Sudat, & excussos potant viridaria rores.
Quid tantum quatiat terras, quo carcere venti
In mare concurrant: caeli qua parte sonoras
Asperet Eurus aquas: tanto quid pulsa fragore
Nigra tonent crebris nictantia nubila flammis.
Atratos cur Phoebus equos, cur lurida iungat
Cynthia pallentes olim: cur aethere summo
Pleïadum coëat glomerabile sideris aurum.
Haec alijs cantanda damus. mihi callida Manto
Immensum praescribit opus; pulcherrima Mãto,
Quae nat oloriferi vitreo sub gurgite Minci:
Et iubet in liquidas attollere luminis auras
Virgilium, Thebaea tumet quo Mantua Ciue.
Argumentũ ingens, fasces quod & inter, & arma,
Sceptra inter gemmata potens Octauius olim
Tractauit; Trabeamq; super, cinctumq. Gabinum
Protulit aeternum Romana per oppida Vatem.

Tu

Tu modo seu magno moliris in aëre gressus
Alta super conuexa poli; seu pulpita supra
Longum syrma trahis, suras euincta cothurno;
Seu turres, seu rura colis, seu dura micantum
Arma canis, trepidasq. moues in praelia turmas,
Huc ades Augusta redimita Poëtica lauro:
Et patere hanc hederam victrices ire sub vmbras,
Hanc hederã, quae serpit humi, tenerisq flagellis
Quaerit opem, frondisq tuae petit anxia ramos.
Nã sine te, quae prima sequar, quae extrema re-
In tãto rerũ cumulo, atq; in limine laudũ (liquã
Tantarum? trepidae languent ad carmina vires,
Torpet muta chelys, plectrum fugit improba Clio,
Et partes animum mens auia versat in omnes.
Sic vbi purpureis halantem floribus hortum
Nubilis ingreditur Virgo placitura marito,
Haeret, & insano circumspicit omnia visu,
Addubitans quae prima metat violaria; veris,
Pollice quem primum tenero populetur honorem.
Sed tamen aggrediar nullo discrimine flores,
Aggrediar nullo pomaria carpere cultu,
Mantous quae fudit ager, quae mobilis vnda
Eduxit, volucrum genitabilis vnda canorum,
Fouit & aetherijs Augusta caloribus aura.

Scilicet

Scilicet inde mihi nascetur carminis ordo
Magne Maro, unde almi primordia clara salutas
Luminis, & vitam maturo sole propinquam
Excipis; unde tibi decorum seges aurea surgit.
Nam veluti magnorum olim cunabula Regum
Sidera praemonstrant, volucriq; in imagine sonus
Significat, dubijs quae sunt oracula rebus:
Sic te cum caeca genitrix portaret in aluo,
Praedidicit riguo sensus aspersa sopore,
Qui tenebras inter portam aspernatus eburnam,
Veridico semper praeportat somnia cornu.
Illa premebatur maturi pondere foetus,
Cum varijs repetens animo simulacra figuris
In somnis, subito laurum peperisse virentem
Visa sibi; patulas circum quae funderet umbras.
Desine fata parens, & somni quaerere causas:
Delphica non adeunda tibi sunt templa; furentis
Non Cortina Deae, folijs quae carmina mandat
Dispergenda Notis. disces interprete lauro
Quae puero promissa canat Fortuna futuro.
Audis? illa monet venturum è carcere ventris,
Cui Phoebus laurum concedat, & inclyta Musae
Dona ferãt; qui vincat opes, qui Dardana vincat
Sceptra Ducum, humanae supra fastigia sortis.

Certa

Certa fides dictis: vitalibus editur auris
Clarus luce puer, vultu formosus honoro,
Et terram sine vagitu, sine fletibus infans
Contigit. O hominum nulli miracula rerum
Visa prius. Complent vagitibus aëra Reges,
Cum vitam excipiunt rubroq; queruntur in ostro
Primaeuam lucem, illusumq; tapetibus aurum:
Et tamen huic vni stabilis sententia parcit,
Quae mortale genus damnatum in limine vitae
Abijcit, & largo lacrymarum in flumine mersat.
Illi adeo natura parens arrisit in ortu,
Et vario tellus hilarati limina mundi
Flore coronauit, vinctus quae tempora lauro
Intraret puer exoriens nouus incola terrae.
Interea per rura fauis examen aberrans
Narcissi lacryma, raptoq; à gramine rore
Crura onerat, tractimq; volat per inane, nec vsquã
Insistit, donec cunis potiatur amatis,
Natus vbi multa fulcitur fronde puellus.
Hic denso liquidum describens aëra gyro
Funditur, & Pueri redolentia munera blandis
Infabricans labris, obducit nectare linguam,
Et caua composito circumlinit ora liquore:
Qualis vere nouo teneris aluearia succis

Implet;

Implet; & artifices docto molimine ceras
Suspendit, crebrisq; locat mella aurea cellis.
Fit sonitus. vario mussant stridore per auras:
Pars per prata fugit, seruat pars cerea castra,
Pars thyma decerpit; pars lentum in cortice glutē
Digerit, atq; omnes operi instant ordine certo.
Nec minus Eridani nabāt qua flumine Nymphae
Conueniunt; dant dona super, dant oscula centum,
Dāt citharā, dāt plectra manu, dāt barbita rauca
Iuncta lyrae, comuntq; hederis, & baccare crines,
Subdola ne Vatem conuellat lingua futurum,
Neue oculis quisquam transuersa tuentibus vrat.
His pater attonitus monstris oracula Diuûm
Consulit, & caecas explorat in arbore sortes.
Nam dubio responsa animo, sobolīq; recenti
Signa petens, sterili cum deposuisset arena
Populeae matris virgam de corpore sectam,
Ecce illam subitò ramo frondente virentem
Cernit, & ingenti tendentem brachia trunco,
Vincentemq; comis, & toto vertice siluas.
Haud aliter natus caelesti munere creuit;
Creuit lacte puer, Musarum nectare creuit;
Creuit amor recti, teneroq; in pectore virtus,
Et decor, & pietas, & rara modestia frontis,

Virgi-

Virgineoq́ʒ Pudor cum nomine iunxit honorem.
Non illum Hippolytus vincat, cui pectora mollit
Nulla Venus: sed tesqua placent deserta ferarum
Obuallata plagis, cinctiq. indagine colles.
Retiaq́ʒ, & valido venabula torta lacerto.
Illi cana fides, & morum candidus ordo,
Illi animus totus laeuem exploratus ad vnguem
Nusquã hiat, aut digitos depellit Iudicis aequos.
Inuidia aeternis semper succincta venenis
Hic artes effundit iners, & tincta chelydri
Sanguine tela gerit minitans, & fulmina frustra:
Illum etenim comitatur amor, studiumq́ʒ fidele
Seruat amicorum. Quis enim tabescere nigro
Felle queat, quod clara leui sint sidera caelo.
Quod nitidus puro Phoebus splendescat in auro;
Aëre quod vacuo volucres, quod in aequore pisces
Colludant, quod riuus agros argenteus vndis
Foecundet, quod viua suis stent germina campis?
Scilicet inuidia maiorem Augusta voluntas
Caesaris esse facit, primo qui semper honore
Virgilium dignatus, vbi deponere curas
Imperij velit anxiferas, & pondere mundi
Fessum animum recreare iocis, ac Palladis arte,
Non alio velit alloquio, non voce Thaliae,

Non

Non cithara, aut Phoebi leniri pectora dictis.
Quin etiam magnis illum de rebus agendis
Consulit, & dubius, sceptrũ ne immane relinquat
Romulidum, an mundo pergat dominarier vnus,
Illius admonitu confirmat pectus, & ingens
Terrarum sustentat onus: Romaeq; labantis
Molem humeris fulcit bellorum turbine quassam.
O natum Imperijs hominem, populisq; regendis,
Fortunaq; tua maiorem, & sceptra Quirini
Dignum ferre manu, cui tanta potentia linguae.
Quae tellus concreta gelu, quae putris ab aestu,
Arctoum mare vel supra gens incola Thules,
Augusti non arma timet, non debita victis
Iura petit terris, populo responsa timenti?
Iam domiti extremo Morini sub sole iacentes,
Iam Nomades, Lelegesq;, sagittiferiq; Geloni,
Iam domiti Daci; iam fracta binominis Istri
Cornua: ter vinctus conclusit limina Ianus:
Omnia Caesar habet, sunt Caesaris omnia Magni.
Ille tamen lateriq; tuo defixus & haerens
Aure bibit prona mollissima iussa Magistri,
Et stupet, & docto dependet sedulus ore.
Nempe illis Vates sublimis in aethera pennis
Auolat, & studio Romani Principis actus
Liber

Liber abit nubes ſupra, vaga ſidera ſupra,
Supra Euri, Zephyriq; vias, Solemq; comantem,
Alitis in morem iam plumiger, & ſibi plaudens
Fundit olorino diuina Poëmata cantu:
Quo mare, quo terrae mulcētur, & horrida ſiluis
Monſtra cauis; quo ſiſtit iners & littore Tybris
Attonitus reſidet; quo vincitur abdita ſaxis
Parthenope, vocemq; premit, muſſatq; ſub vndis.
Non ſic Amphion digitos cum voce loquentes
Argutat, non articulis ita Cynthius aurum
Impellit citharae: non ſic Philomela ſub vmbra
Concinit, & liquido permutat gutture carmen.
Currere mella putes ex ore, liquentia mella,
Ambroſiumq; melos, ſuadamq; inſidere labris,
Quae tacito Vati praeludat murmure cantum;
Seu ſit opus ſeptem diducere verba cicutis
Moenalias inter frondes, pinoſq; ſonantes:
Seu vocet agricolae labor improbus, aſpera ſemper
Exercens virgulta manu, raſtroq; bicorni
Inſectans fragiles per culta nitentia glebas:
Seu vitis velit alta ſequi tabulata flagellis
Tigna ſuper nitens raras imitantia crates:
Seu palum velit amplecti, aut vincire maritam
Palmite multiplici, lorisq; iugalibus vlmum:

Seu foetus cantandus equi, seu gramine taurus
In medio, niueae deceptus amore iuuencae:
Seu dicenda cauo glomerata examina trunco
In teneras casura rosas, & germina dulcis
Libatura thymi: quo glutine moenia summo
Cerea fundantur, scabroq. in subere surgunt.
Seu longis obsessa malis, & Marte decenni,
Sinonisq. dolo, & Danaum populata maniplis
Pergama Dardanidũ moestis sint flenda querelis:
Seu mare per medium ducendus in arua Latina
Tros Anchisiades, dominae primordia Romae
Facturus: quem certa iubent consistere terra
Caelestum responsa Deum. Sed turbidus ira,
Sed tenerae mentem succensus amore puellae
Turnus agit contra centeno milite turmas:
Pugnat atrox, pugnat caelo nolente, nec ante
Sistit equos, quàm tela suo sub pectore condat
Troiugenae magni, multoq. in sanguine vitam
Voluat, & inuisas fugiat detrusus ad vmbras.


Tales clarisono fundit dum gutture cantus
Ales Apollineus flaui prope Tybridis vndas,
Attonitus circa chorus admiratur olorum
Pollioq;, Variusq; altoq; à sanguine Regum
Mecoenas, & qui per saxa Alpina Lycorim
Nequic-

Nequicquā insequitur lacrymoso carmine Gallus.
Responsant montes, responsant cantibus antra,
Muscosiq́ lacus, populisq. loquacibus vrbes,
Et toto felix assurgit Roma theatro
Augusto praesente: sonat cum murmure plausus
Vndiq́, Virgilius canitur spes altera Romae,
Alter honos canitur, Teucris noua gloria Regnis.
Nil adeo mortale diu. cadis optime Vatum
In medio rerum cursu, laudumq́ tuarum
In medio, & tanto contristas funere terras.
Inuidit sors dira tibi. mors improba cantum
Rupit, & ambrosiam praeclusit pectore vocem
Dum canis, & dulci praesentis carmine bustum.
Sed tamen euincit cineres, mortiq́ superstes
Effugit vmbra rogos, & lucida fama perennes
Restituit menses, & longos prorogat annos.
Nam frustra moriens verbis vox vltima duris
Aere nouo dignum incidi, aeternaq́ cupresso
Mandat opus flammis aboleri. pugnat in ausa,
Et facinus vetat indignum pulcherrima Romae
Augustus qui Regna tenet, sceptroq́ coërcet
Sacrilegos ignes, iussasq. in carmina flammas.
Ipse etiam Vatis vocem auersatus iniquam
Delius, & Musae contra fremuisse Latinae

 Dicun-

Dicuntur, quae rura colunt vicina Sabellis,
Quae Tuscũ Tyberim, & Romana Palatia seruãt.
Scilicet aeternum per candida saecula nomen
Esse volunt, dum mundus erit, dũ flumina currẽt
In mare, dum terras rediens afflabit Eous,
Autumnum dum claudet hyems, dum verna diei
Tempora maturis iam solibus atteret aestas.
Quin etiam Diuos inter, Latiosq; Penates,
Inter & Atridas illum, spirantiaq; inter
Saxo signa Ducum Caesar iubet esse Seuerus,
Et Laribus mistum, sacris penetralibus infert
Supplicibus votis, & thure calente vocandum.
Ex illo tua busta Maro Mantoë quotannis
Innumeri coetu Vates coluere frequenti,
Rore superfuso, & myrrha lacrymante, rosarum
Imbre super, tenuiq; aspergine nubis odorae.
Hinc mentes hausere nouas: hinc scilicet acres
Corripuere animo flammas: namq; entheus illo
Emicat è tumulo, semperq; renascitur ignis.
Hinc canit Oenotrias in Punica moenia turmas
Silius, hinc acies fraterna caede furentes
Parthenopea sonat vicino Musa magistro;
Hinc aperit fluctus Myniis, & scrupea magni
Saxa maris Flaccus; calidos hinc sulphure currus

Euocat è specubus caecis, & carcere Ditis
Claudius, & nigris cantat connubia Regnis.
Hinc etiam nos (si qua tamē sunt carmina nobis)
Hausimus igniculum, quo percita nubibus altis
Auia mens errat, spatijsq; indulget aperti
Aetheris, & terras superat sublimis & vrbes.
Quare agite Ausonij, soboles ò clara Quirini,
Indolis ingenuae iuuenes, pulcherrima pubes,
Assaraci proles magni, Troumq; propago,
Cui mea partitur numeros in carmina Clio;
Aönidum Templum, docti monumenta Maronis,
Quae mihi Parthenope reclusit candida Syren,
Ingredere, & studio mecum venerare fideli
Aeterni simulacra Ducis. Nam mentis imago
Spirat adhuc maior, numerisq. animosá sonoris
Arma, Virumq; canit, Romanae exordia gentis.



IN STVDIORVM Renouationem.

De Rhetoricae laude.

PANEGYRICVS. XVI.



RMA alacri renouanda viro, vocat ecce cateruas
Fama suas, additq. acres in pectora flammas
Gloria, & aeterno iuuenes accendit amore.
Segnities, somnusq; abijt: facientia somnos
Otia Cimmerias petiere exclusa latebras.
Ite leues, en castra mouet Sapientia: non fas
Semper in hyberno traducere tempora vallo.
Cura redit, redijtq; labor: labor improbus ille,
Qui tenera faciles exercet in indole mentes,
Seu sit opus Caurum, nigros seu temnere nimbos,
Seu calidum tolerare iubar, brumaeq; rigentis
Frigora lenta pati, vigiles seu ducere noctes.
Nundinus ecce dies, melior sed luce Nouembri,
Qua mundum patuisse ferunt, penitusq; latentis

Dicun-

Dicuntur Cereris penetralia caeca reclusa.
Saluete ò nitidi Soles, ò aurea lampas,
Aetherei saluete oculi. Sapientia salue
Caelo nata, Patris summi foetura, tuoq;
Principio aequaeua, aeternoq; simillima fonti
Fusilis, atque imas spirabile munus in oras.
Te tamen haudquaquam, tua nec licet alma tueri
Lumina, nec dios oculis haurire nitores:
Sed simulacra datur tantum aspectare figurae
Socraticis expressa notis, numerisq. Latinis.
Sic Phoebi radios, sic tela corusca diei
Aere repercussa, & speculo redeuntia laeui
Aspicimus, quae ducta suo de fonte nequimus
Vsurpare oculis, natiuo & fallimur igni.
Non igitur toto Sapientia labitur amne:
Se minor illa venit, Musis stipata nouenis,
Et doctis circa volitat comitata puellis,
Quae varias hominum vitã excoluere per artes.
Ergo age: quam sumã vocalibus addere chordis?
Quam celebrare prius? Capitolia cuius imago
Nominis ascendat, caeloq; offensa resultet?
A te principium doctae Facundia linguae:
Te sequor Argiuum culmen, Trabeaeq; Latinae
Diua potens, Regina Togae, cinctusq; Gabini

 Magna

Magna parens: tua dicta colo: tua grandia trado
Praecepta, & veterum relego vestigia plantis.
Este duces quicumq. olim vel rostra Quirini,
Romanumq. forum, praetextatumq. senatum,
Attica vel iura eloquio coluistis, & arte.
Nil faciet quisquam vestro sine munere magni
Heroës; tantam è tenebris extollere lucem
Qui primi potuistis, & omnis commoda vitae
Illustrare. meos vtinam sic ducite gressus.
Sic monstrate viam, qua me quoque tollere possim
Tardus humo; ne semper apis de more Matinae
Propter aquae riuũ, & ripas prope Tybridis vdas
Ima melyphilla, & pratis thyma vilia carpam:
Sed nubes equitem supra, & vaga sidera caeli.
Supra anni, solisq. vias, riguaq. coruscas
Luce rotas, auroq domos, vitroq. nitentes.
Tuque adeo sapiens ades ò Facundia, laudes
Expedio dum Diua tuas, concessaq nobis
Munera, & ingrediens exordia prima retexo.
Non etenim te caelestes in luminis oras
Duxit Atlantiades, mira licet inclytus arte
Dicatur cultus hominum formasse recentum,
Et reperisse acris discrimina dura palestrae,
Et testudineo ductas curuamine fibras

Con-

Concordem docuisse sonum disperdere in auras.
Quamuis virga illi contortilis angue niteret,
Qua Manes Orco exciret, qua pellere dulces,
Et suadere iterum somnos, aut nubila mundi
Findere, & exãgues animare assueuerit vmbras.
Non te Cecropiae ingenium capitale Mineruae
Extudit, innumeris quãquã artibus illa Pelasgas
Erudijt gentes, atque aegri corporis aestus
Lenijt, inuentis morbo praesentibus herbis:
Quanquam prima vsum reperit felicis oliui,
Et Tychium docuit loris dare vincula plantae,
Et teneras digito lanam mollire puellas,
Troianaeq; modum molis monstrauit Epeo.
Nec vero Empedocles tibi prima exordia fecit
Maxima Rhetorice: cultus licet ille trecentos
Extulerit; quamquam descripsit semina rerum;
Ex quibus omne creat, quibus omnia ducit, alitq;
In quae cuncta parens iterum natura resoluit.
Quis fuit hanc primus mundo qui protulit artem?
Auctorem dic Musa: poli quae vertice summo
Non hedera frontem nigra, lauroq; reuincis,
Sed flauum astrigero diademate cõpta capillum.
Picturata sinum, solio sublimis in aureo
Signa vides subter labentia, humumq; iacentem,

Non tenero terram vestiuit lumine Titan
Semper, & argento reparauit cornua Phoebe:
Non circumfuso semper stetit aëre tellus
Orbibus inducta aethereis. non brachia semper
Margine littoreo, curuaq. crepidine ripae
Protulit, & sese compescuit Ennosigaeus.
Principio ante mare, & terras, ante ignea caeli
Sidera, Phoebi ante exortus, lunaeq; labores,
Indigesta fuit moles; nec corpore certo
Informis globus; & naturae vultus in orbe
Vnus erat, confusa simul maria vndiq; caelum
Vndique: sic primum faber omnia fuderat: inde
Discretis dirimenda locis, propriisq; locanda
Sedibus. Interea summi Sapientia Patris
Adfuit innumeris distinguens cuncta figuris:
Frigida secreuit calidis, humentia siccis,
Et stabilem fecit terram, pontumq; liquentem
Diffudit, vetuitq; suos excedere fines.
Tunc siluis immissa fera, & squāmosus in aequor
Piscis, & in nubes penna fugère volucres.
Scilicet alitibus dedit aëra, piscibus vndas,
Quadrupedum generi tribuit Sapientia siluas.
Quid dicam, vt laeues mundi tornauerit orbes
More fabri, ferro tornat cum rasile buxum?

Quid


Quid dicam, vt caelo stellas, oculosq; micantes
Addidit: & gyro Lunam breuiore fugacem
Carpere iussit iter; terras quae sidere circum
Frigenti meat, & flammas terit vltima curru
Perq; poli tractus, mediiq; per aetheris oram
Disposuit Solem auricomum, lucisq; beatae
Fontem, qui radiis terrarum opera omnia lustrat.
Tunc homo, sanctum animal, diuino semine cretus
Extitit, vt cuncta late regnaret in orbe,
Omniaq; aeterna solus ditione teneret.
Illi erat ingenuae felix opulentia mentis,
Illi animus sapiens, nullaeq; in corpore pestes,
Nulla mali labes: sed postquam sancta Parentis
Irrita ventosis commisit iussa procellis,
Heu qualis! laedi promptus, desertus, inermis,
Frigoris expositus telis, aestusq; calentis,
Solus, inops, lacrymis vdus; potuitq; videri
Inferiorq; feris, mutisq; indignior ipsis,
Quae cornu, virtute, fuga, nigroq; veneno
Vim pellunt, vitamq; fouent, corpusq; tuentur.
Sed fuit hic subito miseris Sapientia praesto
Partubus enixa innumeras felicibus artes,
Quae natu instruerent hominem, caeloq; locarent.
Parte sui meliore videt se protinus ille

Vndiq;

Hic
In i
Huc
Nec
Diu
Est l
Lun
Crys
Luci
Nab
Cyn
Tort
Hic
Hic
Qu
Pla
Virg
Side
Barb
Solli
Toll
Quo
Insi
Sed


Audijt a[illegible] [illegible]
Coniuge cum [illegible]
Et iam corda mic[illegible]
Iam salit & tota [illegible]
Lucem optat, caeliq. [illegible]

At quae mista senex [illegible]
Fuderit, & mundi refer[illegible]
Numinis afflatu, non e[illegible]
Certe inhiat, lucemq. [illegible]
Impediunt, vocem tam[illegible]
Conaturq. tamen, [illegible]



DE SANCTO IOANNE Euangelista.

PANEGYRICVS VIII.



ETERA [illegible]
[illegible]
Sideraq. [illegible]
[illegible],
Et [illegible]
[illegible],
Omnia iam [illegible]

[illegible]

[illegible]ata canoris
recurui.
[illegible]uora mundi
[illegible]ere in alto
[illegible]eq. coruscae?
alta ruinae
[illegible]a, nube
[illegible]um vis
[illegible]t in omnes
[illegible]lumna:
[illegible] procellis
[illegible]bus astris.
opacam
contra,

[illegible]erat artes,
[illegible]esq. bearent.
[illegible]ore ferarum
vitae?
[illegible]dere muro.
[illegible]git
fandi,
[illegible]ofundum

Adfuit

Vndiq; munitum vitae primoris origo.
Vt meliorq; feris, mutisq; beatior esset.
Tunc datus est ignis, flãmarum & diditus ardor,
Vt coquerent epulas, emollirentq; vapore
Mortales, possentq; rudi desuescere glande.
Hinc aes, hinc aurũ, & ferrum, argentũq; repertũ,
Nexilis & vestis; tum textile tegmen in auras
Prodijt: & fusi teretes, scapiq; sonantes
Inuenti, quibus & lanae, telaeq; parantur.
Quin glebas cœpere homines versare bidenti,
Multaq; defodere in terram virgulta per agros,
Et cornum, fructusq; feros mulcere colendo.
Tunc sata laeta boum, tunc insitionis origo,
Tunc non sponte sua pullorum examina trunci
Extulerunt, tunc pruna rubus tulit aurea ramis.
Nec minus accentus per laeuia carmina ductus;
Elati, pressiq; soni, anfractuq; reflexi
Gutturis: arguti Zephyri quos sibila primum,
Et liquidae voces auium docuere volantum.
Hinc labris didicere cauas inflare cicutas,
Iungere inaequales vario discrimine cannas,
Dissimiliq; leuem variare in arundine ventum,
Murmuraq; assiduo digiti explorare recursu.
Post etiam dulces cantu potuere querelas

Addere

Addere, quas fundant chordis animata canoris
Barbita, raucisonaeq; tubae, lituiq. recurui.
Quid dicam acceptas causas, cur aequora mundi
Terribili tonitru quatiuntur, & aethere in alto
Noctiuagaeq. faces fugiunt, flammaeq. coruscae?
Vnde gelu strictum fluuiorum, vnde alta ruina
Grandinis in tectis: vnde ignis semina, nube
Excita de media, ferri velut aspera cum vis
Aut ferrum, aut silicem flãmas exercet in omnes:
Vnde mari tanquam caelo demissa columna:
Nubila concrescant vnde, imbriferisq. procellis
Decidat in terras humor lacrymantibus astris.
Vnde, vbi sol radijs tempestatem inter opacam
Aduersa emicuit nimborum aspergine contra,
Versicolor nigris existit nubibus arcus.

Denique iam multas Sapientia fuderat artes,
Quae vitam excolerẽt hominum, gentesq. bearent.
Quid tamen haec prosunt, caecae si more ferarum
Arrident latebrae, turpisque licentia vitae?

Nunc age. qui potuit mortales claudere muro,
Qui leges sancire graues, Regumq. coëgit
Iussa pati primus, mihi suggere Copia fandi,
Suggere, si vastum te non prohibente profundum
Ingressus, potui dubios euadere fluctus.

Adfuit

Vndiq; munitum vitae primoris origo,
Vt meliorq; feris, mutisq; beatior esset.
Tunc datus est ignis, flãmarum & diditus ardor,
Vt coquerent epulas, emollirentq; vapore
Mortales, possentq; rudi desuescere glande.
Hinc aes, hinc aurũ, & ferrum, argentũq; repertũ,
Nexilis & vestis; tum textile tegmen in auras
Prodijt: & fusi teretes, scapiq; sonantes
Inuenti, quibus & lanae, telaeq; parantur.
Quin glebas coepere homines versare bidenti,
Multaq; defodere in terram virgulta per agros,
Et cornum, fructusq; feros mulcere colendo.
Tunc sata laeta boum, tunc insitionis origo,
Tunc non sponte sua pullorum examina trunci
Extulerunt, tunc pruna rubus tulit aurea ramis.
Nec minus accentus per laeuia carmina ductus;
Elati, pressiq; soni, anfractuq; reflexi
Gutturis: arguti Zephyri quos sibila primum,
Et liquidae voces auium docuere volantum.
Hinc labris didicere cauas inflare cicutas;
Iungere inaequales vario discrimine cannas,
Dissimiliq; leuem variare in arundine ventum,
Murmuraq; assiduo digiti explorare recursu.
Post etiam dulces cantu potuere querelas

Addere

Addere, quas fundunt chordis animata canoris
Barbita, raucisonaeq; tubae, lituiq. recurui.
Quid dicam acceptas causas, cur aequora mundi
Terribili tonitru quatiuntur, & aethere in alto
Noctiuagaeq. faces fugiunt, flammaeq. coruscae?
Vnde gelu strictum fluuiorum, vnde alta ruina
Grandinis in tectis: vnde ignis semina, nube
Excita de media, ferri velut aspera cum vis
Aut ferrum, aut silicem flãmas exercet in omnes:
Vnde mari tanquam caelo demissa columna:
Nubila concrescant vnde, imbriferisq. procellis
Decidat in terras humor lacrymantibus astris.
Vnde, vbi sol radijs tempestatem inter opacam
Aduersa emicuit nimborum aspergine contra,
Versicolor nigris existit nubibus arcus.

Denique iam multas Sapientia fuderat artes,
Quae vitam excolerẽt hominum, gentesq. bearent.
Quid tamen haec prosunt, caecae si more ferarum
Arrident latebrae, turpisque licentia vitae?

Nunc age. qui potuit mortales claudere muro,
Qui leges sancire graues, Regumq. coëgit
Iussa pati primus, mihi suggere Copia fandi,
Suggere, si vastum te non prohibente profundum
Ingressus, potui dubios euadere fluctus.

Adfuit

Vndiq; munitum vitae primoris origo,
Vt meliorq; feris, mutisq; beatior esset.
Tunc datus est ignis, flãmarum & diditus ardor,
Vt coquerent epulas, emollirentq; vapore
Mortales, possentq; rudi desuescere glande.
Hinc aes, hinc aurũ, & ferrum, argentũq; repertũ,
Nexilis & vestis; tum textile tegmen in auras
Prodijt: & fusi teretes, scapiq; sonantes
Inuenti, quibus & lanae, telaeq; parantur.
Quin glebas coepere homines versare bidenti,
Multaq; defodere in terram virgulta per agros,
Et cornum, fructusq; feros mulcere colendo.
Tunc sata laeta boum, tunc insitionis origo,
Tunc non sponte sua pullorum examina trunci
Extulerunt, tunc pruna rubus tulit aurea ramis.
Nec minus accentus per laeuia carmina ductus;
Elati, pressiq; soni, anfractuq; reflexi
Gutturis: arguti Zephyri quos sibila primum,
Et liquidae voces auium docuere volantum.
Hinc labris didicere cauas inflare cicutas,
Iungere inaequales vario discrimine cannas,
Dissimiliq; leuem variare in arundine ventum,
Murmuraq; assiduo digiti explorare recursu.
Post etiam dulces cantu potuere querelas

Addere

Addere, quas fundunt chordis animata canoris
Barbita, raucisonaeq; tubae, lituiq. recurui.
Quid dicam acceptas causas, cur aequora mundi
Terribili tonitru quatiuntur, & aethere in alto
Noctiu agaeq. faces fugiunt, flammaeq. coruscae?
Vnde gelu strictum fluuiorum, vnde alta ruina
Grandinis in tectis: vnde ignis semina, nube
Excita de media, ferri velut aspera cum vis
Aut ferrum, aut silicem flãmas exercet in omnes:
Vnde mari tanquam caelo demissa columna:
Nubila concrescant vnde, imbriferisq. procellis
Decidat in terras humor lacrymantibus astris.
Vnde, vbi sol radijs tempestatem inter opacam
Aduersa emicuit nimborum aspergine contra,
Versicolor nigris existit nubibus arcus.
Denique iam multas Sapientia fuderat artes,
Quae vitam excolerēt hominum, gentesq. bearent.
Quid tamen haec prosunt, caecae si more ferarum
Arrident latebrae, turpisque licentia vitae?
Nunc age. qui potuit mortales claudere muro,
Qui leges sancire graues, Regumq. coëgit
Iussa pati primus, mihi suggere Copia fandi,
Suggere, si vastum te non prohibente profundum
Ingrēssus, potui dubios euadere fluctus.

Adfuit

Non tenero terram vestiuit lumine Titan
Semper, & argento reparauit cornua Phoebe:
Non circumfuso semper stetit aëre tellus
Orbibus inducta aethereis. non brachia semper
Margine littoreo, curuaq. crepidine ripae
Protulit, & sese compescuit Ennosigaeus.
Principio ante mare, & terras, ante ignea caeli
Sidera, Phoebi ante exortus, lunaeq; labores,
Indigesta fuit moles; nec corpore certo
Informis globus; & naturae vultus in orbe
Vnus erat, confusa simul maria vndiq; caelum
Vndique: sic primum faber omnia fuderat: inde
Discretis dirimenda locis, proprijsq; locanda
Sedibus. Interea summi Sapientia Patris
Adfuit innumeris distinguens cuncta figuris:
Frigida secreuit calidis, humentia siccis,
Et stabilem fecit terram, pontumq; liquentem
Diffudit, vetuitq; suos excedere fines.
Tunc siluis immissa fera, & squãmosus in aequor
Piscis, & in nubes penna fugère volucres.
Scilicet alitibus dedit aëra, piscibus vndas,
Quadrupedum generi tribuit Sapientia siluas.
Quid dicam, vt laeues mundi tornauerit orbes
More fabri, ferro tornat cum rasile buxum?

Quid

Quid dicam, vt caelo stellas, oculosque micantes
Addidit: & gyro Lunam breuiore fugacem
Carpere iussit iter; terras quae sidere circum
Frigenti meat, & flammas terit vltima curru
Perque poli tractus, mediique per aetheris oram
Disposuit Solem auricomum, lucisque beatae
Fontem, qui radijs terrarum opera omnia lustrat.
Tunc homo, sanctum anim al, diuino semine cretus
Extitit, vt cuncto late regnaret in orbe,
Omniaque aeterna solus ditione teneret.
Illi erat ingenuae felix opulentia mentis,
Illi animus sapiens, nullaeque in corpore pestes,
Nulla mali labes: sed postquam sancta Parentis
Irrita ventosis commisit iussa procellis,
Heu qualis! laedi promptus, desertus, inermis,
Frigoris expositus telis, aestusque calentis,
Solus, inops, lacrymis vdus; potuitque videri
Inferiorque feris, mutisque indignior ipsis,
Quae cornu, virtute, fuga, nigroque veneno
Vim pellunt, vitamque fouent, corpusque tuentur.
Sed fuit hic subito miseris Sapientia praesto
Partubus enixa innumeras felicibus artes,
Quae natū instruerent hominem, caeloque locarent.
Parte sui meliore videt se protinus ille

Vndique

Vndiq; munitum vitae primoris origo,
Vt meliorq; feris, mutisq; beatior esset.
Tunc datus est ignis, flāmarum & diditus ardor,
Vt coquerent epulas, emollirentq; vapore
Mortales, possentq; rudi desuescere glande.
Hinc aes, hinc aurū, & ferrum, argentūq; repertū,
Nexilis & vestis; tum textile tegmen in auras
Prodijt: & fusi teretes, scapiq; sonantes
Inuenti, quibus & lanae, telaeq; parantur.
Quin glebas cœpere homines versare bidenti,
Multaq; defodere in terram virgulta per agros,
Et cornum, fructusq; feros mulcere colendo.
Tunc sata laeta boum, tunc insitionis origo,
Tunc non sponte sua pullorum examina trunci
Extulerunt, tunc pruna rubus tulit aurea ramis.
Nec minus accentus per laeuia carmina ductus;
Elati, pressiq; soni, anfractuq; reflexi
Gutturis: arguti Zephyri quos sibila primum,
Et liquidae voces auium docuere volantum.
Hinc labris didicere cauas inflare cicutas,
Iungere inaequales vario discrimine cannas,
Dissimiliq; leuem variare in arundine ventum,
Murmuraq; assiduo digiti explorare recursu.
Post etiam dulces cantu potuere querelas

Addere

Addere, quas fundunt chordis animata canoris
Barbita, raucisonaeq; tubae, lituiq. recurui.
Quid dicam acceptas causas, cur aequora mundi
Terribili tonitru quatiuntur, & aethere in alto
Noctiuagaeq. faces fugiunt, flammaeq. coruscae?
Vnde gelu strictum fluuiorum, vnde alta ruina
Grandinis in tectis: vnde ignis semina, nube
Excita de media, ferri velut aspera cum vis
Aut ferrum, aut silicem flãmas exercet in omnes:
Vnde mari tanquam caelo demissa columna:
Nubila concrescant vnde, imbriferisq. procellis
Decidat in terras humor lacrymantibus astris.
Vnde, vbi sol radijs tempestatem inter opacam
Aduersa emicuit nimborum aspergine contra,
Versicolor nigris existit nubibus arcus.
Denique iam multas Sapientia fuderat artes,
Quae vitam excolerẽt hominum, gentesq. bearent.
Quid tamen haec prosunt, caecae si more ferarum
Arrideant latebrae, turpisque licentia vitae?
Nunc age. qui potuit mortales claudere muro,
Qui leges sancire graues, Regumq. coëgit
Iussa pati primus, mihi suggere Copia fandi,
Suggere, si vastum te non prohibente profundum
Ingressus, potui dubios euadere fluctus.

Adfuit hic iterum felix Sapientia, mores
Agrestes exosa hominum, murisq́ʒ locatis
Inclusos placida simul omnes pace ligauit.
Nanque nouo genita est linguae Facundia partu,
Quae ratione potens, sermone potentior acri
Vitã hominum prohibere vagã, quae certa maritis
Nosset iura dare: & secernere sacra profanis,
Et populo posset leges suadere salubres.
Illa venit media virtutum in sede locata,
Et forma splendens, & maiestate verenda,
Et leuiter crispata comam, nimiumq́ʒ perosa
Fucum oris, quanquam specie nil pulcrius illa.
Sic submittit humus natiuos sponte colores,
Sponte sua veniunt pratis felicius herbae,
Surgit & in solis formosius arbutus antris.
Gloria circum ambit, laudes comitantur euntem,
Adsiliuntq́ʒ ioci rigidi, risusq́ʒ seueri,
Et suadela grauis linguae, mollesq́ʒ lepores,
Et decor, & probitas magnae virtutis alumna.
Ac veluti matutini sub luminis ortum
Frenato delphine sedens Diua aequoris errat
Per mare, quam circa puerorum turba superne,
Nympharũq. chorus sequitur. te maxima Thetys,
Te pelago vaga, te pulcherrima Neptunine

Trito-

Tritonesq́ feri, & Nereïdes admirantur.
Haud aliter stipata tuis ò Copia linguae
Ingrederis. tibi mille volant circũ agmina laudũ.
Mille volant decora, & pictis victoria pennis.
Quid dicam, ut dextra cornu gerit illa beatum
Autumno saturum vario, quod fronte reuellit
Aetoli quondam magnus Tirinthius amnis?
Illinc diuitiae pendent bene olentis amomi.
Illinc florentes casiae, Panchaeaq́ surgunt
Cinnama, & aeterno frondentia vimina costo,
Balsamaq́, Alcinoiq́ comae spectabilis horti,
Et grauidi Amminea lecti de vite racemi.
Qualis frondosa Pallas Tritonia virga
Largifica stipe munificat Quinquatribus vrbem:
Talis cuncta beat pleno Facundia cornu,
Ditat & Oleniae terras de more Capellae.
Ilicet aeterna populi sunt lege domandi,
Qui nunc exultim fugiunt per prata, per agros,
Per nemora, & saltus, latebras per ruris opacas:
Sed pugnant illi contra, obnixi omnia contra,
Tela manu, ligna vsta manu, saxa ira ministrat.
Tum bona tranquillo venit Facundia vultu:
Qua visa, trux ira cadit, cadit ira, minaeq́
Effusaeq́ sudes manibus, ramiq́ praeusti.

Mox


Mox vbi subrectas aures, populosq; vocatos
Conspicit intentos, & facta silentia linguis,
Incipit, & dictis male turbida pectora mulcet.
Qua dicente cadunt Cauri, fluuijq; retorto
Amne ruunt celeres, auulsaq; vertice saxa:
Qualia diuino modulantem Amphiona cantu
Dicuntur caesa quondam de rupe secuta.
Illa tenet dictis animos, illa imperat irae:
Illa iubet rigido decedere corde furores:
Et nunc magna iuuat, veluti cũ grandine nimbos
Verba dare, & docta iaculari fulmina lingua,
Nunc libet in dulces deponere fulmina voces,
Et laxare velut liquido labentia cursu
Flumina, nunc parco, multo nunc pingere fuco,
Nunc sine vi tenero conuoluere dicta lepore.
Nectere nunc aureo praestat sermone catenam,
Quae linguae de fonte fluens, vulgi illigat aures,
Et trahit, & versat facilis. quacunq; sequuntur
Scilicet, & dictis parent, & iussa facessunt.
Oppida tum posita in campis, arcesq; locatae:
Immetatus ager diuisus; publica tandem
Priuatis secreta bonis, Regesq; creati,
Ortaq; relligio delubra extruxit, & aras t...
Tum tecta, & nemora in tectis imitantia lucos,

Et

Et ducti fontes tubulis, & vitibus horti
Pensilibus, vitaeq; omnis fuit addita forma.
Inde fori clamor factus, quo saepe tonantem
Defensura reos vocem Facundia mitis,
Militiamq; colis, cum nectare dulcia multo
Largiris Pyliae Nestoria verba senectae.

Esse tuum narratur opus quodcumq; tuemur
Vrbibus in magnis pulcro spectabile cultu:
Moenia, templa, lares, aurum, laqueataq; tecta,
Artifices & passa manus, operamq; magistram
Dona laboratae Cereris, dulciq; subactas
Melle dapes: vestesq; auro, argentoq; crepantes:
Et citreas mensas, excussaq; pocula torno;
Distinctoq; abacos, atq; aspera cymbia gemmis,
Laudes esse tuas, ò aurea copia fandi,
Vita hominum narrat, semperq; fatebitur aetas.
Quicquid odoratum Cilico de stipite lectum est,
Quod felix Metymna lacu spumauit in alto,
Quicquid Arabs legit, quicquid Pellaeus arauit,
Quod neuit Meliboea nurus, fuscq; Corinthus
Aere dedit splendere: Alpino in monte gelatum
Quod bene femineas clarauit lumine dextras;
Quicquid in humanos successit molliter vsus,
Quicquid Parrhasij caelo, vel folle Myronis

Ductum est, aut Phidiae manibus, fucoq; Timātis,
Quicquid Aristides, liquidisq; coloribus Habron
Effinxere: tuae sunt omnia scilicet artis,
Muneris illa tui sunt omnia, lactea linguae
Copia. sic quaeso nos aspice, cum tua laeti
Dicta Parens colimus, studio cum iussa fideli
Exequimur, bibimusq; tui noua flumina fontis.
Claudite sed riuos pueri: satis alta minori
Carmine, grandiaq; exili tenuauimus orsu.
Incipe Rhetorice, cuius sapientia cuiquam
Hausta satis non est, Latio licet ille patrono
Sit melior, licet Actiaco sit fulmine maior:
Incipe: quandoquidem pubes tibi laeta Quirini
Igne tuo totas penitus succensa medullas,
Affluit, & dictis bibulas accommodat aures.




IPSO

IPSO IANVARII MENSIS Initio exactis iam Ferijs.

Ad Rhetoricae Auditores.

PARAENESIS. XVII.



ANVS init: Iani bona dicite verba Calendis,
Et niueas orate dies, & candida semper
Saecula, & innocuis traductum solibus aeuum.
Sic Latij Patres olim: sic Romula pubes;
Sic Numa, sic Curibus Tatius deductus ab altis,
Sic Aboriginibus nati fecere vetustis.
Tempore quo certa currebant vndiq; pompa
Perq; vias Vrbis, perq; amplas munera sedes,
Perq; humiles alterna casas, perq; aurea Templa.
Hoc agite Assaraci soboles, teneriq; Quirites,
Indolis ingenuae Iuuenes, date munera, sed quae
Attalicos superent cultus, gazasq; beatas.
Nimirum Aonios Musarum promite foetus.
Nil habet Armeniae littus, nil Persidis aequor,

Nil Tagus, aut felix Hermus: nil India maius
Gemmiferis foecunda vadis, & merce superba.
Intere a noti percurrite littoris oram,
Et vilis orate animas; mecumq; subactis
Findite marmor aquis, iterumq; lacessite pontum.
Quisq; suas acuit vires, acuitq; laborem,
Artes quisq; suas hodie delibat agendo;
Vt fausto dimissa die, niueisq; soluta
Alitibus, secura secet vada caerula pinus.
Sic eat: in numeros quà me meus incitat error
Vena fluat. religata pigris lina aspera nodis
Flabra vocant, cursuq; petunt Helicona secundo.
Verum est quod cecinit vates: quem Pieris alma
Nascentem, & dias venientem in luminis oras
Viderit, extremo nunquam labor Isthmius illum
Puluere clarabit pugilem, nec laeta triumphis
Victorem excipient alto Capitolia curru.
Sed quae Pegaseo manant è gurgite lymphae,
Quaeq; sub Aemonio voluuntur murmura Pindo
Illustrem ostendent populis, perq; auia mundi
Ducet fama noui pennis oculata satelles.
En ego si cedris cythisos, & lenta viburna,
Robora si liceat salici componere quercus;
Naturae tentare animo secreta latentis,

Terrasq;

Terrasq́; , caeliq́; vias, pelagiq́; profundi ;
Patribus officium , Natis euoluere leges ,
Iura dare innuptis , praecepta referre maritis
Ausus eram ; & sacris super impallescere chartis:
Me tamen huc iterū compellit , & improba semper
Melpomene antiquo tendit concludere gyro ;
Et terras alij , dixit , caeliq; meatus
Inquirent , alij populos clamore ciebunt :
Te Iuuenes formare decet, pubemq; Quirini
Fingere praeceptis. primis en pendula dictis
Expetit Arpiniq́; sales , numerosq; Maronis .
Macte animo quisquis sitientes erigis aures ,
Et modo sepositas reuocans Tritonidis artes ,
Otia sollicitis damnas inimica Camoenis .
Hoc bene. nam certos mundi peruertere motus,
Et violare nefas longum quod sanxit in aeuum
Mira opifex rebus semper natura ciendis .
Cernis, vt assiduo voluuntur cuncta labore ,
Et sua perpetuo repetentia munia cursu ,
Non mora non requies, operi instant omnia certo.
Principio Rector, rutila qui considet arce ,
Et vaga despectat pedibus subiecta coruscis
Sidera , telluris qui florea Regna gubernat ,
Caerula qui ponti , qui temperat aurea caeli,

Non opis est nostrae meritis depromere dictis
Quicquid in aeterno semper molitur Olympo.
Sed tamen haud molli deuinctus corpora somno,
Blanda fouet grauibus sopitis otia curis:
Quin operosa quies illi, quin cura quieta est.
Nec minus aethereae Mentes, vel cardine sūmo
Praecipiti cogunt radiata volumina pulsu,
Vel sese miscent faciles mortalibus aegris,
Pectoraq. abstergunt immiti turbida fluctu.
Quin etiam rapida caelum vertigine flammam
Voluit, & insano secum rapit aëra motu,
Nauigerique maris terram rotat aequora circum,
Brachia littoribus quà porrigit obuia Nereus.
Quare age, cui tandem meliori pectora thyrso
Mota calent, Pubes: pigra ne membra quiete,
Neu sine languenti sensus torpere veterno,
Sed pietate animos, sed claris artibus apta:
Seu quibus Elaeos instaurat Graecia ludos,
Seu quibus aurato bimaris succincta cothurno
Orchestramq. ferit, pulsatque theatra Corinthus.
Seu quibus antiqui tenuerunt rostra Quirini,
Fulmina cum linguae metuens Catilina minātis,
Finibus Ausoniae, laribusque excessit auitis.
Huc alacres animos; huc fortia pectora defer,

Et tibi quas prona diues Facundia palma
Non humiles ostentat opes, studiosa require.
Ecce tibi nitidus puraeq. simillimus vndae
Romulidum Consul, Capitoli cura, salusque
Eloquio mulcet commoti pectoris iras.
Hic tibi facundo pater Atticus insonat ore,
Cui sunt largifluae torrentia flumina linguae.
Hic tibi Mantous delinit cantibus aures
Albus olor, liquidi propter vada Mincia fontis,
Qui dum fata vocant alludit dulcius vndis.
Callimachus forsan tibi carmina finxerit Vmber.
Quo bene se caelo tollit Meuania ciue,
Herbosisq. iugis, Clitumno & nobilis almo.
Non tamen hunc oculis vret iaculantibus ignem
Cynthia, chrysolithis, & Coâ veste superba:
Quae domuit refugum, nulloque Cupidine tactum
Infecit Iuuenem letalibus aspera succis.
Hinc fuge caste puer, caue ne laedaris ab illa;
Spirat adhuc flammas, & tela nocentia quassat.
Albius in teneros elegos, in mollia caesis
Verba fluet numeris, vitro lucentior albo,
Intemerata gerens linguae monumenta latinae:
Ast vnà graditur passu lasciua, comisque
Delia, quae Vatem noctes non passa, diesq.

Indulgere epulis, blandos aut ducere somnos,
Cogit in aeternos profundere carmina questus.
Hãc iubeo procul esse, procul: iacet anguis in herba
Abditus, ò Pubes. etiam nunc illa potenter
Blanditur nigris oculis, flauoq. capillo:
Splendida Romuleus tutò tibi carmina panget
Pindarus: Oenotrius tutò tibi rustica Pastor
Verba Syracusias modulabitur inter auenas.
Hos sine fraude leges, licet horũ impune Camoenas
Spectare, & numeros Syrenum audire canentum.
Inde alias multis anni post mensibus actis,
Impenso Iuuenes studio celebrabitis artes;
Vel quas ille Conon coluit cum montibus altis
Ardua subductum spectabat in astra capillum;
Vel quas Empedocles igni consumptus ab Aetnae;
Vel quas Chrysippus, Crantorq. docebat Athenis;
Disces quo pacto coierunt semina mundi,
Congerieq. rudis quo pacto didita rebus
Composuit varijs distinctum partibus orbem.
Quo pacto teretis tornata volumina caeli;
Ambitiosa suo concludant vndique gyro
Sublimi mediam quae sublitit aëre terram.
Nec minus vt rosea Titan è sede coruscum,
Et volucer caput exerat, & mox limen in vnum;

Dum

Dum volat auersus, notis vix demigret horis.
Vt Regina nothum stellarum Luna bicornis
Indiga surripiat fraterno è sidere lumen,
Telluremque leuis breuiore coërceat orbe.
Vt circumuectu tenero riget omnia luce,
Alternansq. vices nimbo cadat arduus aether.
Vt tristi subitò canescant prata pruina,
Vt niue concrescant, pluuia quae foeta volabant
Nubila, & in morem labantur velleris albi,
Imbrifero disiecta Noto, Caurôq. furenti.
Grandinis vt teretes orbes spiracula mundi
Praecipiti saltu cogant ad strata viarum.
Vt maris irati fluctus imitata sonantes,
Versabunda ruant, rapidoq. volantia motu (gant.
Fulmina, nunc Rhodopen, nūc alta Ceraunia fran-
Vt liquidam Ponti molem, campósq. natantes
Auster Hyperboream tantum propellat ad Arctom.
Vt Boreas Austro, facieq. aduersus vt Euro
Praelia perpetua Zephyrus commisceat ira.
Haec olim. sed nunc linguae mollissima fandi
Copia, vos tantum meliori vindicat arte:
Cernitis? ex alto felix Facundia caelo
Adstitit, & vestrae Iuuenes infensa quieti
Maiestate manus, oculorum luce seuera

Dicta

Dicta mouet contra. melius nunc incipit illa;
Et cogit numeros agitare silentia nostros.

IN SOLEMNIBVS Autumni Ferijs.

Ad Rhetoricae Auditores.

IDYLLION. XVIII.



ACTENVS eloquij fontes, & Palladis artes,
Cecropijq; sales dicti, Latijq; lepores,
Et decor, & grauitas, & doctae copia linguae.
Haec sat erit vestrum iuuenes cecinisse poëtam,
Palladij iuuenes, pubes mea, candida pubes,
Dum tenues inflat cannas, dum rupe Sabella
Occinit, & misera disperdit arundine carmen.
Ite domum. tandẽ redit Hesperus; aurea tandem
Finem Libra monet, picto cui margine caeli
Stant vigiles horae, varijsq; argentea pomis
Limina, & incedens nudis vindemia plantis.

Iam labor, & placidis inimica industria signis
Longe abijt nostris exclusa penatibus, olim
Ad veterem cum luce noua reditura palaestram.
Otia sint cordi morum censore volente,
Seu libeat tractare pilas, seu pondera follis
Excipere, & molli gaudentia brachia caestu,
Et loris armare manus, ne vulnus acerbum
Puluerulenta graui faciat paganica iactu:
Seu Discus, seu dura placent in Gymnade cruda
Vulnera Pancratij, multo seu feruida fumo
Balnea Gauranis similes imitata vapores.

Nec minus extructis liceat conuiuia mensis,
Artifici variare dape, annosumq; Falernum
Ducere, & in lucem vigiles proferre lucernas.
Quid dicam duro venabula torta lacerto,
Et iacula in celeres excussa Cydonia ceruos,
Et queruli tormenta imitata tonitrua Caeli,
Retiaq;, & densa septos indagine colles?
Anne feras memorem tantas, Vrosq;, Luposq;,
Vrsasq;, Tigridesq; leues, rabidasq; leaenas,
Et vario damis inimicas corpore lynces?
An vos Castoreum genus, Aegyptiq; iuuencae,
An Phrygiae tauri, viridi quos gramine flauus
Pascit, & aurifero mergit sub flumine Xanthus?

An

Anne onagros, Oryge q. addam, leporesq. fugaces,
Rupricaprasq. mares, & Hyaenas dente recuso
Pectinis in morem vnci, serraeq. instar acutae?
Possem multa canũ genera, & praecepta referre,
Ni neget, atque aliò fugiat mens auia tractu.
Sunt quibus immissae villis horrentibus aures
Impendent, quibus ora fluũt, quibus aspera ceruix,
Obtusumq. caput, laxumq. ante omnia pectus.
Non illis quisquam iubeat me occurrere campo,
Latratu quoties siluam impleuere sonanti,
Conceptasq. vomunt patulis è naribus iras:
Vnde tremunt timidaeq. ferae, Libyciq. leones,
Rhinocerosq. audax, atque alba interlita luna
Panthera, & totum resonat clamoribus antrum.
Sunt quos alta tenet Liguri famulata vetusto
Cirnos, & assuetos praeda, victuq. ferino
Durat, & in saxis exercitat ardua summis.
Sunt quos extremis ignota Britannia quondam
Mittit aquis, Scotiq. feri, & glacialis Hyberne.
Sunt quos Sarmaticis gelidissimus Istula terris,
Quos bifidus Tanais, Geticiq. Boristhenis amnis,
Quos Hypanis, Sagarisq. creãt, & Colchidos orae:
Seu sit opus terrere feras, seu bella ciere;
Nullos illa Vros soboles, nullosq; elephantos

Formi-

Formidat. quin audet equos, equitemq; magistrũ
Sternere, & aduersas auertere dente phalangas.
Hoc bene si studio caperis, iaculoq; Dianae;
Carpe fugam: licet ire procul, licet arua tenere,
Seu Gabio subiecta iugo, seu Tuscula Tempe,
Seu quibus impendent accliues monte Velitrae;
Seu quae Priuernas, seu quae colit Anxur aquosis
Intersusus agris, & Setia despicit alto
Pensilis in scopulo, scrupesisq; addita saxis.
Rũpe moras, nigra densus vocat Algidus vmbra,
Et nemus Angiciae, quernis & Aricia siluis,
Assensuq. Cures reboant, Foruliq propinqui.
. Sin studium magis arma sequi, rigidumq. lupatis
Frangere equum, cornuq. solum pulsare sonanti,
Ire licet: cape lora manu gressusq. superbos
Agglomerare doce & gyro prepiore coërce.
Sed tenerum in primis lege, cum lasciuit aperto
Aequore, contingi metuens, audaxq. volucres
Findere aquas: cui frõte comae; cui tortilis ambit
Colla iuba, & laeuem castigant ilia ventrem.
Nec mihi displiceãt viridãtia regna, nec amplae
Ruris opes saturi, sanctae & telluris honores:
Praecipue cũm mala rubent, cum Lesbia ramis
Gẽma tumet, Psythiaeq. cadit de palmite merces.

Hic

Hic bene torquatae geminant lamenta volucres,
Hic vitrei fontes cliuosa per arua susurrant,
Hic vaga coniferas interstrepit aura cupressos.
Quid ductum nudis Vfentem in pocula palmis
Commemorem, facilesq. cibos, quos obuia profert
Arbutus, aut cornus lapidosis horrida baccis?
Quin etiam perferre sitim, ieiunia pomis
Soluere longa iuuat, ripam & transmittere saltu,
Amplior vt veniat sudata labore voluptas.
Et possis spectare greges, auidosq colonos
Sub iuga luctantes admittere dura iuuencos,
Aut stiuam terere, aut Cerealia semina dextra
Spargere, vel domitae milium committere terrae.
Possis & vites, nimiumq. inuisa Lycurgo
Semina, & aprico plantaria cernere colle
Disposita in versum, digestaq. in ordine longo;
Quadrantesq. vias, & ad vnguem limite secto,
Populeas spectare acies, vlmosq. subactas
Quincuncem in latũ, viridesq. in valle maniplos,
Deciduasq. comas, ramosq. impune fluentes;
Et sobolem iuxta curuam, sulcisq. cubantem.
Forsitan & cortis, cristatarumq. volucrum
Bella ducem miscentem vncis, & cuspide dura,
Et meritam libeat palmam spectare ferentem.

Victor

Victor ouat tremula testatus voce triumphum,
Et graditur sese maior, maiorq. superbo
Surgit apex capiti, viuoq. accenditur ostro:
Et radiant ceruice iubae, maculosaq. lucent
Colla colore nouo, variusq in pectore fucus
Purpurat, & bifido pendent palearia tractu.
Interdum, & tenera captabis arundine pisces,
Nexilibusq. plagis, & lento vimine falles:
Et pedicis torquebis aues, & cassibus altis,
Apricis vbi tramitibus stat consita silua,
Myrtus vbi, & teneri liuescit bacca corymbi,
Iuniperusq. putrem nunquam sensura senectam,
Lentisciq. humiles, & planta virentis oliuae,
Et quae flore breui sambucus laeta iuuentae est,
Et quae purpureos fundit labrusca racemos.
Huc casses, huc verte plagas, & retia Lydae
Virginis, ac strepitu volucres discedere coges,
Inq. dolos abiges caecos, nodosq. latentes.
Quod si praecipue turdo moliris edaci
Insidias, subiens cum Libram Scorpius vrget;
Vmbriferum describe nemus, buxoq. virentem
Siluam auidis sortire oculis: huc scilicet auceps
Occule te, caecas cum vix aurora tenebras
Discutit effuso venturi luminis auro.

Incipe

Incipe & argutos imitari gutture cantus,
Mentiriq; sonos auium. cunctae ilicet illa
Voce ruunt volucres, viscataq; arbore sidunt
Implicitae raptim lento medicamine; & imbris
More cadunt, caeloq; excussae grandinis instar,
Insertimq; solũ, & cumulis lata aequora cõplent,
Me tamen ante alios delectant pinguia pleno
Musta lacu, tepidisq; vndans vindemia labris,
Nonne vides, vbi se caelo librauit Orion
Ensifer in medio, custodes vinea saepes
Negligit, obiectasq; fores recludit, & asper
Falcibus extremos populatur vinitor antes?
Cernitis vt Lycidas oleas, vt rustica Phyllis
Aureolam lentis carpit de vitibus vuam,
Et cista foetus, & rasilibus calathiscis
Vitigenos exportat; onus nec sentit amico
Iam leuior Baccho, & cantu minuente laborem?
Ecce autem Tyriae truduntur cortice guttae,
Autumnusq; fugit robusto verbere plantae
Collisus. per praela latex, per vimina currit
Sanguineus, sudatq; nouo iam nectare fiscus;
Et tenues abeunt colum per nexile riui.
Stat coniux circum, longoq; examine nati,
Et prona bibit ille manu, legit ille cruentam

Ore

Ore vndã, & patulis haurit noua musta labellis,
Dum pluuius fauet Autumnus, dũ purpurat inter
Gutta pedes, riguoq; mero fluit oblita planta.
Hinc ludit lasciua cohors & grandia ponit
Ligna focos totisq; coit vicinia tectis,
Atq; vna vigilant hilares, & tympana plaudunt,
Et choreas ducunt; curas prohibente Lyaeo.
Scilicet ille liquor voces componere cantu,
Et docuit numeris inflectere membra sonoris,
Dum cithara, & buxo plorat tuba flexilis vnco.
Ille inopi magnosq; animos, & cornua fecit,
Et requiem fessis mortalibus obtulit: ille
Corda virum vicit triplici munita metallo.
Non gens vlla latet rigido sub cardine mundi
Barbara, & immanis, durisq; imperuia saxis,
Quae latices experta tuos, ò purpura terrae,
Non animum induerit mitem, non corda seueras
Flexerit in leges, faciles & amarit habenas.
Testis quẽ memorant Vatum monumẽta canentũ
Mollibus armatum Thyasis, & Maenade cruda,
Quantũ à Gãge Tagus, rapidoq; à Tigride distat,
Quãtũ Hypanis, tumidusq; vado septẽplice Nilus,
Victorem meritis tantum lustrasse triumphis.
Non ille armisonis fregit claustra Indica turmis;

Oppida non centum cepit munita maniplis,
Balista pulsante minas, atq; ariete muros;
Sed laticem exposuit, tormentum lene Lyaei,
Quo concussa repente sola, & titubantia nullo
Tecta ruũt pulsu, & domitae sine Marte phalãges.
Nunc age deciduo quando flent dolia musto,
Foetaq; largifluo sudant vineta racemo,
Insanire libet. pulcrum est accersere quondam
Stultitiam, rigidũq; animum deponere pulcrũ est.
Cui rigor & tristis non cognita ruga Catonis?
Illa tamen virtus musto caluisse parumper
Dicitur, & calices inter laetata, remissis
Despuisse iocis in tempore: nulla valet vis
Contra stare tuas ò Bacchi fertilis humor.
Tu genium crudum, tu tristi asperrima sensu
Bacche supercilia, atq. incommoda pectora mollis.
Saturnumq; grauem leni Ioue frangis, & acri
Rore potens laxas iucundo seria ludo.
Hinc vati facis ingenium: & foecunda poëtis
Carmina te dictante fluunt: vbi pectora mordet
Ignea vis, stimulatq; ferox insania vini.
Te sine non quisquam laudata poëmata fecit,
Aut priscos cantauit auos, aut bella frementum
Dixit equùm, cum Musa lyras pulsaret amantũ,

Cum quateret vatum diuina Poëtica mentes.
Per te Parrhasio modulantem Amphiona cantu,
Septenasq; fides pulsantem in vallibus Orpheum,
Dicuntur rabidaeq; ferae, summisq; secuta
Saxa iugis, retroq; pedem retulisse fluenta:
Te propter tenet astra Linus, tenet aequor Arion
Impune, & patriam vehitur delphine recuruo,
Caeruleas dũ mulcet aquas, & carmine Nymphas.
Quin etiam Ismariae felix testudinis haeres,
Elysios inter castos qui primus oberrat
Musaeus: quin & Thamyras superare sorores
Castalias audax, Phoebumq; anteire canendo:
Quin & Chrysothemis, qn clarus honore Philãmõ,
Quin & Neritias arguto pollice mensas
Qui celebrat, ratibusq. canit difflata Pelasgis
Pergama, Maeonides: Siculo quin vertice pastor
Iam celebris, quiq. alta mari Symplegades inter
Texta vehit, resonamq; ratem, pinumq; loquẽtem,
Te sine non tanto cecinisset carmen hiatu:
Nec vos transierim pater Acci, teq; trilicem
Corde senex, qui bella tonas horrentia Romae,
Temporaq; & Latios per carmina digeris annos:
Quid te magne canam nulli Mantoë secundum.
Quid te, quo gaudet felix Verona, Catulle,

Iudiiyt assensam [illegible]
niuge cum [illegible]
iam ceda mutae [illegible]
m salit & tota [illegible]
ecem optat, caeliq; [illegible]
At quae mista [illegible]
uderit, & mundi [illegible]
uminis afflatu, [illegible]
erte inhiat, lucemq; [illegible]
mpediunt, vocem [illegible]
onaturq. tamen, [illegible]

DE SANCTO IOANNE Euangelista.

PANEGYRICVS VIII.


CETERA [illegible]
[illegible]
Sidera, [illegible]
[illegible]
Et [illegible]
[illegible]
Omnis iam [illegible]

...rcet amaris.
...erba cicuta,
...n margine pastor
...misit habendam;
...ndine Musas;
...q; Quirini,
...atyriscos.
... peregi.
...m vespere primo
...orisq; magistro.
Hesperus horas.

Quid te, quem perhibent Arpino prorsus ab vngui
Castigatum olim, mendoq; & labe solutum
Lucreti: quid Flacce tuos iuuat addere ludos?
Nil placet in numeris, nisi gutta beata redundet,
Et soluat moerore animos; & amara dolorum
Abstergat miseri facilis medicina laboris.
Non Teij te Musa Senis vincsa moueret,
Non tibi Threicia contendat amystide Bassus,
Cum multi Damalim musti, cum Massica vina,
Vina ducum, & prisco seruatam Consule testam,
Coecuba cum dicis, praeloq; expressa Caleno,
Quadrimumq; Sabina tuũ, Capuaeq; Falernum.
Cum Baccho plenus, Bacchũ, Bromiumq; bimatrẽ,
Nyctеliumq; vocas; & durum in vite Lycurgum,
Titanasq; mones, Idaeaq; saxa pererras
Mente noua. qualis thyrso stupet icta potenti
Bassaris, & gelida stantem niue prospicit Hebrũ.
Multis ille liquor fortunam Regibus altam
Eripuit, Caueamq; metu versauit, & omnem
Orchestram impleuit luctu, gemituq; theatrum,
Cum scena in geminas obuertit cornua partes.
Et gemit Oedipodem, pauidũq; impellit Orestem,
Aut facibus Phaedrã, furijsq; Alcmaeona pulsat,
Insanumq; Alcidem armat, coenaq; Thyestem

M. *Dece-*


Deceptum indigna lacrymis exercet amaris.
Sed cecini, dixitq; nouissima verba cicuta,
Quam mihi Mantous Tyberino in margine pastor
Tityrus, haud longum tempus, cõmisit habendam;
Et repete Aonias hac inquit arundine Musas;
Et Phrygios forma teneros; sobolemq; Quirini,
Impulesq; Deos, & monticolas Satyriscos.
Fecimus: & magni pastoris iussa peregi.
Surgamus, grauis vmbra nucis cum vespere primo
Incubat, & pecori grauis est, pecorisq; magistro.
Ite domum. Extremas denunciat Hesperus horas.



Quid te, quem perhibent Arpino prorsus ab vngui
Castigatum olim, mendoq; & labe solutum
Lucreti: quid Flacce tuos iuuat addere ludos?
Nil placet in numeris, nisi gutta beata redundet,
Et soluat moerore animos, & amara dolorum
Abstergat miseri facilis medicina laboris.
Non Teij te Musa Senis vincsa moueret,
Non tibi Threicia contendat amystide Bassus,
Cum multi Damalim musti, cum Massica vina,
Vina ducum, & prisco seruatam Consule testam,
Coecuba cum dicis, praeloq; expressa Caleno,
Quadrimumq; Sabina tuũ, Capuaeq; Falernum:
Cum Baccho plenus, Bacchũ, Bromiumq; bimatrẽ,
Nycteliumq; vocas; & durum in vite Lycurgum,
Titanasq; mones, Idaeaq; saxa pererras
Mente noua. qualis thyrso stupet icta potenti
Bassaris, & gelida stantem niue prospicit Hebrũ.
Multis ille liquor fortunam Regibus altam
Eripuit, Caueamq; metu versauit, & omnem
Orchestram impleuit luctu, gemituq; theatrum,
Cum scena in geminas obuertit cornua partes.
Et gemit Oedipodem, pauidũq; impellit Orestem,
Aut facibus Phaedrã, furijsq; Alcmaeona pulsat,
Insanumq; Alcidem armat, coenaq; Thyestem


Dece-

Deceptum indigna lacrymis exercet amaris.
Sed cecini, dixitq; nouissima verba cicuta,
Quam mihi Mantous Tyberino in margine pastor
Tityrus, haud longum tempus, cõmisit habendam;
Et repete Aonias hac inquit arundine Musas;
Et Phrygios forma teneros; sobolemq; Quirini,
Impulesq; Deos, & monticolas Satyriscos.
Fecimus: & magni pastoris iussa peregi.
Surgamus, grauis vmbra nucis cum vespere primo
Incubat, & pecori grauis est, pecorisq; magistro.
Ite domum. Extremas denunciat Hesperus horas.



Quid te, quem perhibent Arpino prorsus ab vngui
Castigatum olim, mendoq; & labe solutum
Lucreti: quid Flacce tuos iuuat addere ludos?
Nil placet in numeris, nisi gutta beata redundet,
Et soluat moerore animos; & amara dolorum
Abstergat miseri facilis medicina laboris.
Non Teij te Musa Senis vincsa moueret,
Non tibi Threicia contendat amystide Bassus,
Cum multi Damalim musti, cum Massica vina,
Vina ducum, & prisco seruatam Consule testam,
Coecuba cum dicis, praeloq; expressa Caleno,
Quadrimumq; Sabina tuũ, Capuaeq; Falernum.
Cum Baccho plenus, Bacchũ, Bromiumq; bimatrẽ,
Nyctelium q; vocas; & durum in vite Lycurgum,
Titanasq; mones, Idaeaq; saxa pererras
Mente noua. qualis thyrso stupet icta potenti
Bassaris, & gelida stantem niue prospicit Hebrũ.
Multis ille liquor fortunam Regibus altam
Eripuit, Caueamq; metu versauit, & omnem
Orchestram impleuit luctu, gemituq; theatrum,
Cum scena in geminas obuertit cornua partes,
Et gemit Oedipodem, pauidũq; impellit Orestem,
Aut facibus Phaedrã, furijsq; Alcmaeona pulsat,
Insanumq; Alcidem armat, coenaq; Thyestem

Deceptum indigna lacrymis exercet amaris.
Sed cecini, dixitq; nouissima verba cicuta,
Quam mihi Mantous Tyberino in margine pastor
Tityrus, haud longum tempus, cõmisit habendam;
Et repete Aonias hac inquit arundine Musas,
Et Phrygios forma teneros; sobolemq; Quirini,
Impulesq; Deos, & monticolas Satyriscos.
Fecimus: & magni pastoris iussa peregi.
Surgamus, grauis vmbra nucis cum vespere primo
Incubat, & pecori grauis est, pecorisq; magistro.
Ite domum. Extremas denunciat Hesperus horas.




Oppida non centum cepit munita maniplis,
Balista pulsante minas, atq; ariete muros;
Sed laticem exposuit, tormentum lene Lyaei,
Quo concussa repente sola, & titubantia nullo
Tecta ruũt pulsu, & domitae sine Marte phalãges.
Nunc age deciduo quando flent dolia musto,
Foetaq; largifluo sudant vineta racemo,
Insanire libet. pulcrum est accersere quondam
Stultitiam, rigidũq; animum deponere pulcrũ est.
Cui rigor & tristis non cognita ruga Catonis?
Illa tamen virtus musto caluisse parumper
Dicitur, & calices inter laetata, remissis
Desipuisse iocis in tempore: nulla valet vis
Contra stare tuas ô Bacchi fertilis humor.
Tu genium crudum, tu tristi asperrima sensu
Bacche supercilia, atq. incommoda pectora mollis,
Saturnumq; grauem leni Ioue frangis, & acri
Rore potens laxas iucundo seria ludo.
Hinc vati facis ingenium: & foecunda poëtis
Carmina te dictante fluunt: vbi pectora mordet
Ignea vis, stimulatq; ferox insania vini.
Te sine non quisquam laudata poëmata fecit,
Aut priscos cantauit auos, aut bella frementum
Dixit equûm, cum Musa lyras pulsaret amantũ,

Cum quateret vatum diuina Poëtica mentes.
Per te Parrhasio modulantem Amphiona cantu.
Septenasq́; fides pulsantem in vallibus Orpheum.
Dicuntur rabidaeq́; ferae, summisq́; secuta
Saxa iugis, retroq́; pedem retulisse fluenta:
Te propter tenet astra Linus, tenet aequor Arion
Impune, & patriam vehitur delphine recuruo,
Caeruleas dū mulcet aquas, & carmine Nymphas.
Quin etiam Ismariae felix testudinis haeres,
Elysios inter castos qui primus oberrat
Musaeus: quin & Thamyras superare sorores
Castalias audax, Phoebumq́; anteire canendo:
Quin & Chrysothemis, q̄n clarus honore Philāmō,
Quin & Neritias arguto pollice mensas
Qui celebrat, ratibusq. canit difflata Pelasgis
Pergama, Maeonides: Siculo quin vertice pastor
Iam celebris, quiq. alta mari Symplegades inter
Texta vehit, resonamq́; ratem, pinumq́; loquētem,
Te sine non tanto cecinisset carmen hiatu:
Nec vos transierim pater Acci, teq́; trilicem
Corde senex, qui bella tonas horrentia Romae,
Temporaq́; & Latios per carmina digeris annos:
Quid te magne canam nulli Mantoë secundum.
Quid te, quo gaudet felix Verona, Catulle,

Quid te, quem perhibent Arpino prorsus ab vnguẽ
Castigatum olim, mendoq; & labe solutum
Lucreti: quid Flacce tuos iuuat addere ludos?
Nil placet in numeris, nisi gutta beata redundet,
Et soluat moerore animos; & amara dolorum
Abstergat miseri facilis medicina laboris.
Non Teij te Musa Senis vincsa moueret,
Non tibi Threicia contendat amystide Bassus,
Cum multi Damalim musti, cum Massica vina,
Vina ducum, & prisco seruatam Consule testam,
Coecuba cum dicis, praeloq; expressa Caleno,
Quadrimumq; Sabina tuũ, Capuaeq; Falernum;
Cum Baccho plenus, Bacchũ, Bromiumq; bimatrẽ,
Nyctleliumq; vocas; & durum in vite Lycurgum;
Titanasq; mones, Idaeaq; saxa pererras
Mente noua. qualis thyrso stupet icta potenti
Bassaris, & gelida stantem niue prospicit Hebrũ,
Multis ille liquor fortunam Regibus altam
Eripuit, Caueamq; metu versauit, & omnem
Orchestram impleuit luctu, gemituq; theatrum,
Cum scena in geminas obuertit cornua partes.
Et gemit Oedipodem, pauidũq; impellit Orestem,
Aut facibus Phaedrã, furijsq; Alcmaeona pulsat,
Insanumq; Alcidem armat, coenaq; Thyestem

Deceptum indigna lacrymis exercet amaris.
Sed cecini, dixitq; nouissima verba cicuta,
Quam mihi Mantous Tyberino in margine pastor
Tityrus, haud longum tempus, cõmisit habendam;
Et repete Aonias hac inquit arundine Musas;
Et Phrygios forma teneros; sobolemq; Quirini,
Impulesq; Deos, & monticolas Satyriscos.
Fecimus: & magni pastoris iussa peregi.
Surgamus, grauis vmbra nucis cum vespere primo
Incubat, & pecori grauis est, pecorisq; magistro.
Ite domum. Extremas denunciat Hesperus horas.



DE NOVO FONTE EX AGRO Sabatino in Vrbem

A Paulo Quinto Pontifice Maximo corriuato.

SILVA. XIX.



V quodq; Barcenni campos, Sabatiadq; arua
Sperne volens ò Lympha fugax, & desere tandem
Tarquinienf vadum ripas oblita priores;
Siue Augusta velis prisco de nomine, siue
Alsietina placet; seu dici Aurelia mauis;
Seu quod Roma petit, Burghesia lympha vocari.
Ingredere Aeneadum colles, Phrygiasq; penates
Ingredere; & Martis fulgentia moenia late
Pensilis vnda subi, celso sublimis in alueo,
Quem tibi disposuit regali munere Paulus,
Inclytus Oenotriae moderator, & aetheris alti,
Terrarumq; potens Paulus, caeciq; profundi

Arbiter, & gentis felix tutela Latinae,
Ingredere; aëriocq; leuis delabere riuo,
Quà montis consurgit apex, atq; ostia Romae
Panduntur, dominamq; tuo venerare triumpho.
Illa vides, tibi quae Iani sub vertice moles
Tollitur? illa vides quae marmore candicat alto
Colle domus, quina sinuans testudine postes?
Nēpe triumphantem manet haec te Porticus arcu
Edita Daedaleo, positisq; instructa columnis,
Fornicibusq; cauis, & nobilis argumentis.
Vestibulum geminae medium seruare videntur
Hamatis instructae vncis, rostroq; volucres
Fronte sub aduersa: postremas bellua valuas
Occupat atra vomens, & sibila colla tumescens.
Sed lingua medicat latices, atq; ore resorbet
Principis imperio: colubro qui nigra venena
Excussit, promumq; dedit, vigilemq; Latinis.
Non ita Vespasiū quondam accepere Quirites
Cum Solymae victor patrias remearet ad oras,
Fronde comans Phoebi, spolijs insignis, & auro,
Ignibus, & ferro ditem populatus Idumem.
Non ita Septimio reduci plausere Seuero,
Hostibus expunctis patriae, signisq; locatis
Indomitos Arabes vltra, indomitosq; Gelonos;

Quorum

Quorum iam Latijs instabant finibus arma.
Non Constantinus Teucri spes vltima regni
Sic arcus intrauit ouans; cum ponte Tyrannum
In Tybris deuoluit aquas, ac milite caeso,
Sceptra Remi, & captis seruauit ciuibus Vrbem.
Quare age: marmoream sedē, soliumq; superbū
Aggredere; vnde almo lustrabis lumine muros,
Quadrantesq; vias, & tramite compita recto.
Vnde minora tuo cernes Capitolia monte,
Tarpeiumq; iugum, structasq; in rupibus arces,
Herculeamq; aram, & Caci monumenta nefandi.
Despicies tecta ampla Ducum, pomaria Regum
Despicies, altasq; cauis in vallibus aedes,
Regalesq; domos. felix vbi filia Martis
Roma sedet, Regina potens; & docta subactis
Dat responsa Getis. Hinc te tamen illa, tuesq;
Deuenerata lares assurgit fontibus istis;
Suspicit & laticem, & prona bibit aure susurrū.
Assurgunt vnà septeno in vertice turres,
Assurgunt Thermis vicina theatra supinis;
Et centum disiecta procul quae fana Deorum
Collis Auentinus, Phoebiq; Palatia seruant.
Ipsae etiam presso labentes murmure lymphae,
Quae fora laeuato discurrunt Romula plumbo,

Ipsa etiam tibi Velabra, & Tyberina fluenta
Assurgunt, quae molle sonant, fremituq; minore
Te praesente, maris fugiunt in regna propinqui.
Has tu Ianiculi spectabis ab arce vetustae
Relliquias Vrbis, tantiq; cadaueris ossa,
Qualia Phlaegraeo resident albentia campo.
Sed mage surgentes iterum mirabere sedes,
Et tumulis iterum venientem in saecula Romam;
Quã Pater Ausonius tẽplis, quam millibus auxit,
Instruxitq; modis: ac ne quis talibus vnquam
Desset honor rebus, splendorq;, & gloria factis,
Te patrio de fonte, viae per inane latentis,
Perq; nouos curuo pendentes fornice pontes
Carpere iussit iter, vacuisq; intrare cauernis
Pergama Romulidum. ò tanto dignissime regno
Paule potens, ò Rex vni assimilande Tonanti.
Nam veluti Pater omnipotens, cum semine nullo
In lucem eduxit pomaria prima liquentem,
Campũq; arboribus viridem, & stellantibus herbis
Purpureum; rauco salientem gurgite fontem
Protulit in medium; vitreas qui funderet vndas
Prodigus, & speciem genialibus adderet hortis.
Haud aliter vario distinguis Dardana cultu
Regna Pater, reficisq; vias, ac tecta domorum;

Templorumq; apices in sidera tollis, & ipsi
Non peritura locas magno fundamina Petro;
Et maiora facis gemini viridaria collis.
Caetera quid dicam? satis est memorare fluentem
E scatebris vndam, quae tam pia facta, tuumq;
Illustrabit opus, longosq; extendet in annos.
Iam Vaticani stabant super aequore pilae,
Marmoreasq; trabes solida compage tenebant,
Obliquamq; super cameram, tectumq; cauatum,
Caelo educta domus, flammantibus aemula tẽplis.
Par superis aditus, magno par limen olympo.
Iam tholus Exquilias, & quas vetus area seruat
Castigabat opes, & marmore conditus albo
Iactabat picta miras testudine merces.
Omnia segmentis circa bicoloribus ardent,
Quae Phrygio manus artificis distinxit honore,
Et vario surgunt antes, ac limina saxo,
Seu quod mittit Arabs, seu quod Maurisia quondã
Caedit inexhaustis tellus ditissima venis.
Lucent parietibus crustae, collucet achati
Interiectus onyx, & iaspide lubricus ordo.
Ac facilis iunctura operis, textusq; lapillus
Emicat; hinc maculis amethistus inerrat amoenis;
Quà mare, quà terras imitatus, & aetheris oras

Pur-

Purpurei, quà fronde nemus, syluasq; comantes.
Hinc Parius, Phrygiusq; silex; hinc dura Carisfi
Saxa virent; hinc aërijs desecta Laconum
Marmora verticibus componunt ordine postes.
Et picturato signant animalia tractu.
It circum innumero cælata labore corona
Interpuncta notis; tortisq; incisa figuris.
Suppositis signis, pilisq; innixa quadratis.
Semiferi viuunt vultus in marmore, viuunt
Pratorum folia: in primis frondescit acanthus
Quà capita existunt Lybicis gestanda columnis.
Singula sit narrasse labor: cultissima raro
Est operi species; etenim perstringitur illo
Icta nitore acies: seu te vis caerula surdo
Percussit radio, seu bractea viua pyropi
Excussit flammarum ignes, seu lenta smaragdi
Lamina, seu fornix inductum effuderit aurum.
Seu color è tabulis, seu defluus ardor ab alto
Absistit, seu plana oculos simulacra lacessunt
Ducta solo; quas calcat opes non prouidus hospes.
Nec minus impositis stabant longa atria tectis
Colle Quirinali: stabat super aula iacentem
Exuperans vrbem, & caput inter nubila condēs.
Quin etiam huc facili ducebat semita cliuo

Quae

Quae quondã exiguis fuerat vix peruia mannis,
Pandebatq; forum, patulis vbi Cyllarus ignes
Naribus eiectat geminus, dominumq; fatigat
Iam peditem, sed mole sua, sed corpore toto
Obnixum, sed voce ferum, dextraq; prementem.
Non procul hinc auidae stabãt ampla horrea plebi,
Et spatio laxata nouo, saturataq; fruge.
Prima videbantur Saturni saecla referre.
Deniq; primaeuis mundi spectabilis hortis
Vix erat inferior facies pulcherrima Romae,
Et rerum vbertas, & pleno copia cornu.
Non tamen id satis est Vrbi, Pater optimus inquit.
Ipsa etiam Tuscis, quae libera ludit in agris,
Fortibus Ausoniae populis, & subdita septem
Seruiat vnda iugis; veteresq; ingressa latebras,
Quà quondam Augusti lymphae fluxere nocentes,
Innocua, & riuo veniat diffusa salubri.
At vos Romulidae sceptris gens credita nostris,
Priamidum sanguis; proprio quos Flauius olim
Tradidit imperio mihi Constantinus habendos;
Ite mei, atq; alacres per gaudia vestra Quirites
Discite pace frui; pacisq; fluentibus vti
Delicijs, quas alma parit clementia Caeli;
Quas & noster amor; populo quas nostra volenti

Cura

Cura secunda creat. Dixit. cum fontibus imis
Exilit, imperium patris factura iubentis
Lympha fugax, caecis & clausa canalibus vltro
In septemgeminos coepit procurrere colles.
Nec mora, nec requies fugienti, culmina donec
Ianiculi tenuit summi, quà Dardana surgunt
Moenia regali pinnarum vincta corona.
Constitit hic subito: neq; enim satis vna furori
Ianua sit laticis: vix ostia quina cadentes
Accipiunt fontes. labentum subdita rupes
Aurea proruptum male sustinet agmen aquarum.
Non maior Traiana olim, non Iulia fluxit,
Non Tepula Agrippae munus, non candida Virgo;
Non duplex Anio, multo non Claudia ductu,
Appiaq; , aut virides innauit Martia campos.
Ergo exi specubus caecis, arcuq; superbo
Tandem prome caput Burghesia lympha, priores
Euictura lacus; & splendida nomina Regum,
Qui Tuscum varijs auxerunt fontibus amnem.
Ecce tuos sitiunt rores subiecta patentis
Rura soli, syluis sitiunt frondentibus horti
Laeuum interpositi collem, Tyberimq; sonantem.
Quare age multiplici diffusa foramine, sensim
Labere, quà curuo fugiunt pomaria tractu;

Quia

Quà longum via monstrat iter, portamq; lacessit
Vrbis, in Hetrusco cui littore moenia fulgent.
Quà vallis nemorosa viret, quà vinea tectis
Interfusa iacet, fluuioq; coërcita flauo
Inclyta Farnesiae splendent Praetoria villae.
Quin fines transgressa tuos, durosq; frementi
Impositos Tyberi pontes, in Regna Quirini
Vade audax, vbi magna cubat Regina potentum
Roma Ducum, Regũq; parens; vbi tecta trecentis
Currunt ampla vijs, vbi saxa minantia caelo
Altera Farnesiae monstrant molimina gentis.
Quis tantam superas molem ductauit in auras?
Quà scopuli venere lyra, quibus alta laborant
Fundamenta domus? Thebano carmine vulsos
Crediderim lapides, ductumq; in culmina mõtem.
Ante tamen Iani tumulum, dorsumq; supinum
Vecta super, Vaticanos inuade Penates,
Tectaq; longaeuo constructa labore, cauisq;
Atria porticibus: crater vbi sidera contra
Marmore perfectus solido iaculabitur imbres,
Excipietq; iterum lapsos, reddetq; fluentes.
Sed primum venerare nemus, lucumq; vetustis
Arboribus densum; nigrantemq; ilice syluam;
Proxima quae clauso recubant viridaria monte.

Arti-

Artifici distincta manu, quae sedula semper
Auget honore comas, ac terram chloride vestit
Ingeniumq; loci, & naturam fingit eundo.
Vis hederae passim truncos amplexa maritos
Cernitur, & fibris, tenerisq; adnixa flagellis
Cortice proserpit paulatim, & brachia nexu
Implicat insano, vinctaeq; adnascitur vlmo,
Semper prole recens, semper nutante corymbo
Fertilis, & pulla faciens vmbracula fronde.
Stant circum annosae quercus, stant oblita musco
Robora, stant ramis crispae frondentibus orni
Et veteres cerri, & syluarum gloria pinus,
Et lauri fragiles, & coniferae cyparissi.
Qualia tolluntur magnis aulaea theatris,
Si quando Pan Arcadiae, Satyriq; bicornes
Orchestram pede persultant, & pulpita plaudunt,
Totaq; lasciuo soluunt proscenia risu.
Haec inter damaeq; agiles, & cornibus errant
Arboreis cerui, ferit ictu bucula truncum
Et pictas ostentat auis Iunonia plumas.
Parte alia quà laeuis ager, planoq; recumbit
Terra solo, & toto discluditur area saltu,
Tonsilis herbarum series, & lucidus ordo
Viburni conuestit humum, nam falce colonus

Fingit

Fingit adhuc teneros frutices, & gramina docto
Temperat imperio, prima crescentia pube,
Et tandem iubet innumeras assumere rerum
Textilibus nodis, & lento vimine formas.
Scilicet aethereas venit hic obeliscus in auras
Myrteus; hic velis, remisq; virentibus Argo
Molitur, ventosq; expectat pigra secundos.
Hic teres intonso contexitur orbita buxo
Syluicolaeq; ferae simulantur rore marino,
Aëriae simulantur aues in cespite molli:
Praecipuè quae sceptra tenet Regina volucrum
Conformata thymo, serpillo ficta sequaci
Areolas fuluis medias amplectitur alis,
Subiectasq; fouet, refugas & fulmine terret.
Huic etiam iuxta serpens Epidaurius herba
Sibilat in tenera, & linguis mouet ora trisulcis
Tanti operis custos, hortis vigil additus almis.
Talis erat, qui nocte nemus, qui luce nitentes
Hesperidum seruabat opes: quin talis in anguem
Innocuum conuersus erat Phoebeius heros;
Cum Latio medicus, venitq; salutifer Vrbi.
Quiq; sub Aeëtae squalentem moenibus auro
Excubijs claudebat ouem; quam primus Iason
Atticus inuasit victor. sed nullus ab herbis

Huic

Huic metus inuito quae vincunt lumina somno.
Nam vigilat, gramenq́ʒ videt cui perlitus arte
Sit sopor, & magni seruat pomaria Pauli.
Quid sola non facili dicam discreta labore
Quà labyrinthaeos imitatur amaracus orbes,
Multiplicesq́ʒ vias reuolubilis implicat error,
Lumineq́ʒ intextis ambagibus auia fallit?
Citria quid ramis dicam pendentia mala
Auro aspersa leui; multa quae doctus ab arte
Ostentat paries, & digerit ordine certo
Semper fronde noua, semper reuirentia pomo?
Obdita quid ducto referam viuaria muro,
Piscis vbi summa fluuiatilis innatat vnda,
Ludit & in vitreis anguilla domestica septis.
Quidue lacus, quid labra canã, quid scrupea tecta,
Et testudineo sinuatas pumice sedes:
Qui tibi nunc fontes Burghesia lympha parantur?
Asperat, impendens conuexa rigentia tophus
Sulphureis exesus aquis; argentea summum
Conca lacunat opus, laeuiq́ʒ adapertilis ore
Imbre tuo velit expleri, pluuiaq́ʒ marita
Aut teretes baccas, aut longos ferre cylindros.
His subiecta tamen, pedibusq́ʒ obtrita meantum
Picta pauimenta, & varijs asarota figuris

Oblita contendunt, & caetera vincere certant:
Testula quae centum fucata coloribus ambit
Partiturq; vias, & inobseruabilis errans,
Nec deprensa oculis, contorta volumina nectit;
Et plicat, atq; iterum soluit, replicatq; reuertens.
Haec te digna domus: decet haec te regna sequaci
Currere lympha pede, & gẽmas animare virentes
Ductilis in tubulos, & in herbida ductilis arua.
Non humile hic etenim longos patiere per annos
Seruitium, turpi non ancillata labori
Coenosis ducère vijs; nec lecta lacunis,
Aut vilem erucam, aut acri nasturtia succo,
Aut passim surgẽtem inulam, rumicemue fouebis,
Intybaq;, & centum vulgaria gramina campis.
Narcissi sed vimen ales; sed sedula lambes
Ore rosas; rigua lambes violaria lingua,
Et gradiere inter gemmantia lumina florum.
Crescet semper honos, crescet tibi nomen in aeuum;
Romulei donec stabunt monumenta Parentis,
Et moles operosa Petri; quae temporis ictus
Non timet hostiles, aut praelia dura Gigantum.



IN

IN CAEDEM M. TVLLII Ciceronis.

EPICEDION.

X X.



T tibi pro scelere Antoni, pro crimine tanto
Eumenides toruos innexae crinibus angues
Munera digna ferāt, & praemia consona factis.
Taenarij te turba lacus, te Gorgones atrae,
Harpyiaeq; ferae, formaeq; tricorporis vmbrae:
Te septemgeminis armata furoribus Hydra,
Te pauor exagitet pallens, te letifer aestus,
Et vesana fames durae contermina morti.
Quin & Thessalici reuolubilis orbita Regis,
Lubricaq; aeterno moles damnata labori
Torqueat, & Tytij depastus pectore vultur
In tua non saturum conuertat viscera rostrum.
Tu mihi principium das flebile carminis huius,
Tu mihi ferali numeros cum voce ministras,

Laurigerumq; iubes crinem foedare cupresso,
Et citharae mutare fides cum funere tristi.
Nempè animo redit extincti Ciceronis imago,
Dum mihi perpetuis anno labente diebus,
Palladio teritur diuina Philippica campo.
Cerno etenim interea tabo perfusa fluenti
Ora cruentatumq, caput, turpiq. capillum
Sanguine concretum: cerno impia vulnera colli,
Abscissasq. manus ferro, stratumq. cadauer.
Proh palmare nefas. Latij iacet ille Senatus,
Ille fori vindex: inhonoraq. membra sepulcro
Nemo dabit? libet officio lugere supremo,
Amplectiq. pios dissecti corporis artus,
Et cineres propter tristes iterare querelas.
Haec animi monumenta mei cape sedula Tulli,
Pignora moesta animi: neu respue vatis amici
Triste ministerium, numerisq. inflectere nostris,
Hic ego perfusus lacrymis noua praefica cantu
Funus inornatum, & truncum sine nomine corpus,
Ni refugit moerore graui deperdita Clio,
Ornabo; miras referens per carmina laudes,
Quae mihi confertim, & longo se se agmine produt,
Delectumq. adimunt numeranti. Regia primum
Occurrit soboles, & stirpis clara propago

Vnde

Vnde genus, titulosq., & stemmata ducit auorum.
Illum nēpe ferunt Volscorum è Regibus ortum,
Et Reges habuisse atauos ex ordine priscos,
Omnes purpureos, & sceptra Latina ferentes.
Tullius in primis nomen dedit Attius olli
Regia progenies, & Tullo natus ab ipso,
Qui quōdam aeratas deduxit in agmina turmas,
Hannibalem in Lybiae procul eiecturus arenas.
Hac è stirpe satum, Regali, & sanguine cretum
Edidit in liquidas Ciceronem luminis oras
Heluia Romulidum fortunatissima mater,
Clara atauis, proauisq. potens: tamē omnia supra
Nobilis, & tanto celebrata puerpera partu.
Natum adeò, & primae vescentem munere lucis
Excepere sinu quae tranant aethera Nymphae.
Vranie in primis caelo sublapsa sereno
Substrauit molli famulantia brachia collo,
Et niueo mulcens turgentes lacte papillas
Perfudit liquido rorantia labra lepore,
Atque habilem dio muniuit acumine mentem.
Addidit & numeros, Phoebiq. valentibus illum
Artibus instituit; docuitq. ad plectra canoros
Associare modos, & flectere carmina neruis,
Et linguam Aoniae respersit rore perenni.

Nam puer, & primis vix dum conspectus in annis
Agmina Pieridum potuit tentare sororum,
Et commutatum ventosi in numina Regni
Edidit in lucem primaeuo carmine Glaucum.
Scilicet ingenium socij, docilemq; iuuentam,
Et tenera tantas mirantur in indole vires,
Dum medium circumfusa stipante caterua
Per fora deducunt Vrbis, ducuntq; frequentes.
Ecce autem sextus, decimo qui subditur annus
Cum praetexta leuis, cum ponitur aurea bulla.
Ausonidum petitur caetus: quà Curia Patrum
Septa fremit: prisco Capitolia more petuntur;
Cetera vt auspicijs multos man'ura per annos
Vita fluat laetis, patriae, populoq; salubris.
Tunc vero accedunt variae certamine multo
Et belli, pacisq; Artes: quibus ipsa quietis
Constant Regna viris, motis, quibus arma parãtur.
Adsunt; & Iuuenem pro se defendere tendit
Quaeq; sibi, & plenis ostentat praemia palmis.
Asserit hunc primum diuina Poëtica lauro,
Instructumq; modis in Arati carmina ducit
Donantem Graias Latio sermone Camoenas,
Donantem & numeris stellantia Regna Latinis,
Et Zonas Caeli varias, septemq; Triones
Pleia-

Pleiadasq; , Hyadasq; vdas, gelidumq; Boöten,
Et Solem, & pictum duodeno sidere balteum.
Hunc Bellona velit, velit hūc Gradiuus in armis.
Quem duce sub Sylla primo cum flore iuuentae
Castra iubet petere, & Marsos vexare duello.
Hunc & Socraticis gaudens sapientia chartis
Vindicat, & Phaedro studijs committit alendum,
Formandum & grauibus dictis. Quo nēpe magistro
Discit vota hominum descripto fine teneri;
Iura patrum discit; natorum iura reuoluit,
Quaeq; salutiferis moderentur legibus vrbes,
Quaeq; animū praecepta leuent formidine mortis.
Sed socias vincit Romanae Copia linguae,
Fandi Diua potens, pacis Regina, Togaeq;.
Nanque sibi docta Ciceronem vindicat arte,
Vindicat eloquio, & quo se pulcherrima cultu
Comit inexhaustis aspersa coloribus artus.
Quippe refert Tyrias niueo candore notatas
Ore rosas, tenerumq; tegit velamine corpus
Puniceo: & vestem tremulo splendore coruscam
Induit, illusam gemmis, auroq; crepantem.
Quin etiam omnigeno saturatum munere cornu
Praefert illa manu: turgent vbi vite racemi
Pampinea, spicaeq; graui flectuntur arista.

Pomaq́; , paciferaeq́; virescit ramus oliuae .
Tum sic orsa loqui. Procul hinc, procul ite sorores,
Non vestris hic iura opibus, non artibus vlla .
Iste meus mihi se debet. nec Roma videbit
Hunc alijs clarum titulis , aut vsibus aptum.
At tu nate polo : castris dignissime nostris,
Excellens animi Iuuenis ; cui Rostra Senatus
Praeparat Ausonius ; Syrenes despice dulci
Nectare perfusas , & in abdita damna canentes .
Illa ego sum, mores agrestum exosa virorum
Surgere quae tectis Vrbes, atq́; oppida iussi
Moenibus obuallata suis , rituq́; ferarum
Degentes populos concordi pace ligaui .
Illa ego quae sontes gelido de limine leti
Oppressosq́; opibus procerum , studijsq́; potentum
Eripio innocuos vitam miserata labantem.
Ira mihi Regum cedit, populiq́; frementis
Seditio . posito cedit Bellona flagello
Et furor, & versis discordia mobilis armis .
Mecum degit honor, degunt examina laudum .
Me decorant fasces , & picto purpura textu ,
Gloriaq́; , & populi plausus comitantur euntem .
Dixit, & in causas illum pellexit agendas ,
Iussit & in primis defendere temporis annis

Lar-

Largifluo sermone reos, absoluere vinctos,
Et circumuentos inimico abducere ferro.
Haud mora Rhetoricae confestim dicta capessit
Impiger, ac magnae sequitur mandata Parentis.
Personat omne forum Ciceronis voce salubri,
Rostra tonant verbis, & doctae fulmine linguae.
Immeriti arcentur vinclis: arcetur ab ipso
Roscius interitu. recipit sua Quintius arua
Passa malos dominos, & iniquos passa bidentes.
Incipit hinc ciues arcessere moris iniqui,
Proscindique dolet leges, & Romula Regna
Romano demum queritur Praetore reuelli.
Damnatur Siculis Verres. quo Praeside quondam
Illa potens populis, & fertilis vbere tellus
Fleuit caesa virùm Latiali corpora ferro,
Et simulacra Deùm furialibus eruta coeptis,
Templaque diuitijs fleuit spoliata superbis.
Pellitur & votis inhians Catilina nefandis:
Plectuntur socij: restinguitur impia tectis
Flamma volans, magnaeque rogus deluditur Vrbis.
Ille Pater patriae canitur, cura ille Senatus,
Ille salus populi. Tulli venerabile nomen
Atria congeminant, respondent compita Tullum,
Et Tullum latè resonantia tecta remittunt,

Tuto-

Tutoremq; Vrbis, ſeruatoremq; ſalutant.
Panduntur delubra Deûm, ſacriſq; litatis,
Innumero circum deducitur ordine pompa,
Soluunturq; Ioui tanto pro munere grates.
Interea exoritur mundi exitiabile monſtrum,
Virtutis nulla monſtrum mercede redemptum,
Inuaditq; Vrbis ſubito Capitolia Conſul
Caeſareis animi fidens Antonius armis.
Illum Nocte ſatũ horribili, & Phlegethõte creatũ
Protulit in lucem nigranti è ſede Megaera:
Tiſiphone excepit gremio, ſucciſq; ceraſtae
Nutrijt Alecto ſuppromens vbere virus,
Et diram inſtillans rabiem: mox triſtis Enyo
Ignibus accenſum Stygijs in bella vocauit.
Prodigium crudele dolos praetexere riſu
Nempe poteſt; ſimulare fidẽ, mentemq; nocentem
Protegere, & verbis intendere funus amicis.
Quacumq; incedit paribus veſtigia ponit
Liuor edax gradibus; nec longè luxus aberrat
Depopulator opum. Sequitur male ſuada libido,
Et furor, & caeci mater diſcordia belli,
Cunctorumq; ſubit ſeries inſana malorum.
His adeo inſtinctus Furijs, hoc agmine ſeptus,
Faſcibus his ſtipatus init faſtigia Romae

Con-

Consul; vbi Oenotriae virgas, Latiasq́ secures
Soluit in im meritos: & nullo iure Quirits
Proscribit, mirisq́ premit capita omnia poenis.
Accipit hos flagris, & libera terga flagellis,
Verberibusq́ iubet caedi seruilibus: illos
Tarpeia de rupe iacit, manibusq́ reuinctis
In Tyberim excussos impacto deijcit vnco.
Extemplo Iasidum gemitu fremere omnia circũ:
Complorare forum. Nam sunt venalia Iura:
Sacra profanantur. pudor exulat omnis ab Vrbe:
Aris nulla fides, nulla est reuerentia recti.

Non tulit haec animis Cicero. cui credita cura
Vrbis erat dominae. Catilinae Romula rursus
Tecta putat rapienda nouo; flammasq́ vagantes
Cogitat audacis restinguere flumine linguae.
Illũ amor instimulat patriae, quã caedibus atris
Aspicit inuolui: stimulat pietasq́, fidesq́,
Fortunaeq́ vices miserae, gentisq́ Latinae
Libera colla iugum immanis subitura Tyranni.
Ergo age qui toties tristi te funere mersam
Eripio, toties qui te Roma inclyta seruo,
Sum potis extremam segnis spectare ruinam,
Nec debacchantes depellam è moenibus hostes,
Aut medijs frangam correptos sedibus ignes?

Haec

Haec ait, & cupidus surgens certaminis inter
Arma, per & dubiae discrimina cruda palaestrae
Auolat Auoniae perculsus amore gementis.
Culmine ceu montis, nudaq; in rupe molossus
Cum nemore egressum siccis in ouilia cernit
Faucibus ire lupum, & pecudes turbare pauentes,
Proripit ecce fugam, latratuq; omnia complet,
Nec rabiem, dentesq; feri pauet ille, nec ignem
Scintillantem oculis. caeco ruit impete, certus
Aut seruare gregem, miseroq; auertere casu,
Ponere vel pulcro caram in certamine vitam.
Haud minor, & tantis non ausis segnior, vrbis
Fertur in infestum Romanae Tullius hostem,
Quem vexare pios, patriae quem candida iura
Dilacerare videt. Proculò defendite, clamat,
Hectorea de gente lupum: qui Regna Quirini
Turbat atrox, & caede vias, & sanguine multo
Compita respergit; magnas qui luctibus Aulas
Funestat procerum. violat qui sancta Deorum
Sacrilegis delubra modis. Quid statis? in hostem
Irruite ò ciues. Vrbem retinete labantem.
Illum ego praecipitem ferro, insanoq; furentem
In patriam bello, sequar imperterritus vsque,
Seu sit opus gelidas Scythiae tolerare pruinas,
Aesti-

Aestiuumq; iubar Lybiae, siue vltima ferre
Detrimenta domus, duraeq; occumbere morti.
Nempe opus est Tulli. Iubet ecce Antonius istam
Perdi animam, & lasso depelli è corpore vitam.
Occumbis Cicero infelix, occumbis, & ensem
Excipis hostilem; melius quo scilicet auctor
Funeris occideret, summis inuitus & imis.
Ibat enim defensa olim procul Vrbe fugatus
Laurentes per agros; ibat quà subdita magno
Fortunae Tẽplum geminae premit aequora dorso.
Et mare Tyrrhenum placido subit Astura fluctu.
Circaeumq; legens, & celsas Anxuris arces,
Sedem puppe tenet, Phrygio quam debet Alumno
Iam fatis perfuncta suis Aeneia nutrix.
Haud procul hinc domino mõstrãt Praetoria Villã
Curarum portus olim, nunc foeta procellis
Antra, & praecipiti factura cubilia morti.
Huc miser appellit curis confectus, & ira
Deffessus pelagi, fessusq; ambage viarum.
Monstrum vbi terrificũ leti iam certa propinqui
Signa dedit, monuitq; graues in limine Parcas
Esse, nec in longum producere tempora vitae.
Nam singultantes facto velut agmine corui
E tumulo Phoebi volitant, reuolantq; frequentes:

Pars

Pars nauim inuadit, quae portũ intrarat apertũ,
Pars in tecta domus ferali carmine latrat.
Quin ausus crocitans aliquis penetrare cubile,
Exterret clangore virum, somnumq́ resoluit,
Nec dubitat summo perstringere pallia rostro.
His tum prodigijs famuli, & terroribus acti
Iam tantis dominum tendunt arcere periclis,
Correptumq́ vehunt humeris; cum nuncius ater
Carnifices venisse refert, comitemq́ cohortem,
Antoni quae dira feri mandata facessat.
Protinus ille iubens vectores sistere seruos,
Stante habitu mentis magnae, vultuq́ sereno;
Viximus ò dixit. patria moriamur inulti
Seruata tellure licet. nec plura locutus
Lectica expositam summa mucronibus offert
Ceruicem feriendam vltro. sonat acta bipennis
Corpus in immeritum labens, collumq́ recidit,
Et magno Antiphatae cumulauit sãguine Regnũ.
Non tamen hac tanta saturatur caede satelles,
Auctorisq́ furor. recipit quoque dextera ferrum,
Dextra animi interpres, linguaeq́ ministra potẽtis.
Itur ad Aeneadũ turres. caput ore cruento
Impositum conto, visu lacrymabile, fertur;
Fertur adẽpta manus. Qua postq̃ Antonius hausit

Porro

Porro oculis, conclamat io. iam vicimus omnes
Vicimus exclamat: res est perfecta Quirites.
Dicenti recinit Furiarum maxima quondam
Fuluia fatalis ternis male nupta maritis;
Et caput excipiens, sum coniugis aemula dixit.
Nec vanis adeo satis est illudere probris,
Sed linguam interpungit acu; velut orgia Menas
Cum facit, & rapti discerpit corpora Penthei.
Deniq; pro Rostris populo spectanda locantur
Ora, manusq; pio rorantia membra cruore:
Vnde tonans auditus erat, toties q; rebelles
Ille olim linguae percusserat igne trisulcae.
Concidit Iasidum vultus, lacrymisq; rigatur
Vberibus, visuq; omnis percellitur ordo.
Vnus ouat lacrymas cunctorum Antonius inter:
Sed tantum luet ille nefas: nec funera Tulli
Mox impune feret: manet ecce miserrima caedes,
Et propria quaerenda manu mors incubat atra,
Quam parat in Phario meretrix Regina sepulcro.
At vos interea componite corporis artus
Romulidae. date membra rogo, cineresq; piate,
Et ludos, festasq; indicite manibus aras,
Quae Nemeës lucum vincant, lucumq; Molorchi.
Nos feretrum moesti comitamur, & aera questu

Percu-

Percutimus tenero. plexas de more corollas
Nos damus; auricomumq; crocũ, costũq; Sabaeum,
Et numeros molles & lamentabile carmen.

DE POETICAE CVM caeteris disciplinis collatae praestantia.

Ad Rhetoricae Auditores.

SILVA. XXI.



AM satis in trito tenuis Facũdia campo
Lusit, & Icario miserè subuecta volatu
Palladias coeptis audacibus extulit artes.
Nulli adeò efficium debet vis commoda linguae
Quantulacumq; mihi Diuis commissa secundis
Praestat opem; & parcè dicentis prodit ab ore.
Vna tamen queritur mentes quae suscitat imas,
Et mortale genus mundi penetralibus infert
Praeterita, & nostris intacta Poëtica dictis.

Vera

Vera manet. Sumpta repetamus arundine carmē,
Articulisq; fides tentantibus auia Pindi
Lustremus nemore in magno; si forte sororum
Agmen agens, votis occurrerit alma Clio.
Non etenim indictam fas est sic esse parentem,
Moeoniaeq; altricem animae, castiq; Maronis,
Quae caelo asseruit vates, vexitq; per auras,
Et liquidum cantare melos sub gurgite iussit.
Castalio qui semper habent in flumine Cycnos.
Namq; huius debent numeris, & legibus omnes,
Aëre qui puro volitant, & carmina saeclis
Illibata canunt; nullisq. obnoxia Parcis.
Ipse equidem Tetricis olim productus in oris
Casperiā supra; atq; humilis ꝓpe flumē Hymellae,
Hac mōstrante viā, plectrūq., & verba mouente,
Ardua conuexi peruadere nubila mundi
Iam potui puer; & primis assuetus ab annis
Gaudebam docili disperdere carmen auena,
Et teneris biforem digitis percurrere buxum.
Mirabantur oues, & graminis immemor almi
Bucula miratus prono de vertice pastor
Illa eadem frustra tentabat sibila cannis.
Quin etiam Faunus Venusini rura Poëtae
Frugibus, & paruis dum praeterit aequus alūnis,

O Me

Me primum ilicea ſpeculatus ab arbore; dixit
Hunc mihi Melpomene debes. mihi paſcitur ille
Nectare Pegaſeo. noſtros adoleſcit in vſus,
Et magnum tenui verſat ſub pectore Numen.
Attollet Bellona alios felicibus armis,
Attollent radij, caelataq́ȝ marmora tollent,
Curiaq́ȝ, & docti reſoluta aenigmata Iuris,
Et quae Poeonijs patuerunt vſibus herbae.
Hunc ſublime ferent quae clarant omnia Muſae;
Hunc litui, neruiq́ȝ ferent, quos pollicis ictu
Phoebus init recinens, & pectine verberat aureo.
Hic ſiluis operam debet, ſcatebriſq́ȝ ſonoris,
Quas reſident Dryades propter. quin etia pubi
Debet Romuleae, quae collibus imminet altis,
Et ſeptemgemino deſpectat vertice Tybrim.
Nempe erit huic ſtudium teneros mulcere Quirites
Ad ſtrepitum citharae, & fidibus formare iuuentã
Munus Apollineis. qualis ſub rupe cauata
Impubes inter Satyriſcos, atq́ȝ bicornes
Paniſcos inter, calamo ſtridente magiſter
Saepe ſolet medius partiri carmina Bacchus.
Quare agite Aſſaraci ſoboles, Iuliq́ȝ nepotes
Troiugenae: Albana quos Ilia fudit ab vrbe
Marte grauis, Phoebiq́ȝ mihi permittit habendos.

Cura

Cura Patris; spatio campum decurrere iusto,
Si vacat, atq; animum numeris implete secundis.
Dicam ortũ, & sanctae primordia magna Pöesis,
Dicam habilẽ, vates quo surgit in aethera, Thyrsũ,
Sub pedibusq; videt voluentia sidera circum
Ire, potens rerum; & solio connixus eburno
Irriguo miseras aspergit nectare terras.
Scilicet Idaeo rursus censore, Dearum
Hic formae certamen erit. pugnabitur inter
Palladis innuptae Natas, cui Iuppiter aureo
Deferat elapsum diuinitus arbore pomum.
Sed vincet cui laurus obit Parnassia crines,
Cui residet semper victrix in vertice Daphnis.
Sic dubia Idalius dirimet certamina Pastor.
Iam septem exierant oras in lumini artes,
Quae mentem excolerent hominũ, coeloq; locarent
Sanctum animal, mira spectandae luce Sorores.
Maiestate placent, vitaeq; volubilis vsu,
Siluestres quae sensim animos dediscere tendit,
Lucis inassuetae, & studij melioris amore.
Sed tamen oris honos rigidus, tamen aspera vultus
Est ollis grauitas. momentis omnia iustis
Ponderat haec olim, aequatoq; examine lancem
Sustinet, & rectum partes metitur in omnes

Multa cauens animo: tortis haec improba punctis
Rem plicat addubitans euentũ in vtrũq. parata,
Seu sit opus versare dolos, seu promere verum.
Illa latet specubus nigris, & pallida semper
Abstrusum vestigat iter, penitusq. remotas
Naturae latebras, & caeca exordia rerum.
Haec terras fugitans humiles, petit ardua nubes,
Partiturq. domos Superum, partitur & astra
Insistens radio, & numeris comprendit arenas:
Comprendit mare veliuolum; camposq. patentes
Tecta hominum, & vitae socialis iura perosa.
Quid reliquas memorem comites? tolerabile nulli
Cunctas vrget onus; mentis premit anxifer aestus,
Qui macie vultum, vexat qui pectora curis,
Et noctes animum stimulat sine more diesq.
Ars adeo blandis petitur mitissima votis,
Quae lepidis alias dictis attemperat artes,
Cunctarumq. suo praemolliat aspera cultu,
Et cantu, fidibusq. abstergat amara canoris.
Sed latet haec intra caeli septemplicis orbes,
Quos citat in numerũ versos, varioq. per aethrã
Accentu resonat non exaudita sub auras;
Sidera sed tantum mulcens innoxia Syren.
Nempe voluminibus praeses flammantis Olympi
Stella-

Stellarum famulare manu consuscitat aurum,
Imparibusq. rotans vocalis moenia mundi
Turbinibus, grauibus voces compensat acutas,
Et medias vtrisq. premens, discrimina septem
Diuidit in citharae morem, quā condidit Orpheus.
Has habet imperio retrusa Poëtica sedes,
Aethereos resecuta globos, infusa per artus
Corporis immensi, non dum mortalibus aegris
Cognita, non dū animis hominū torpētibus hausta;
Sed tantum Auctori laudes modulata perennes.
Nunc alios tempus fuerit lustrare penates
Virgo potens operis magni; nunc margine picto
Cede licet. licet ire virùm sub pectora; motu
Corda licet complere nouo, quem carmine puro
Te duce tentabit citharis accincta Choraule:
Sic hominū mandat, Superumq; aeterna Potestas.
Rex etenim celsi residens in vertice mundi
Imperat acciri Michäelem è millibus vnum,
Quos habet accensos. illum vult ire per altos
Aurarum campos, terrisq. inducere Diuam,
Quae rutilis haeret spatijs, & obambulat astra
Caeruleas miris implens concentibus oras.
Dic, ait, aurato tandem de margine cedat
Illa animi requies, moderatrix illa laborum,

Indq; pias furtim labatur callida mentes ;
Arcanisq; agitet stimulis, & concitet oestro
Donec opus simile adsimulent ; ictaeq; noua vi
Caelestem fundant imitantia carmina cantum.
Iusserat haec. iussis obtemperat ille coruscas
Alternans humeris alas. subit ostia centum
Astrorum, Solisq; domum percurrit vtramq; :
Percurrit vitreos orbes ; terit extima caeli,
Et citimum Lunae spatium. Tandem obuia se se
Vltro offert Iuueni properanti Musica Virgo.
Ille autem magni celerans mandata Tonantis.
I procul, inclamat; sumptis delabere pennis
Quà gentes sub inane vides insistere terris,
Oppidaq;, & muros syluis habitare relictis.
Tu mentes inuade hominum, tu pectora thyrso
Concute Diua pio, votis inimica profanis ;
Mortalesq; lares talis modulaberis inter,
Qualis in aetherio semper sublimis Olympo
Aurea perpetuo delinis sidera cantu.
Nec vero liquidi labèris flumine toto
Nectaris ; aeterno ducis quod ab amne Parentis;
Sed simulacra tuae tantum expressisse figurae
Sit satis, & positae vestigia linquere formae,
Ceu cum purpurea sublucet imagine Phoebus

In spe-

In speculo, aut puris oriens Dictynna sub undis
Splendet, & in vitreo ludit fax ignea fonte.
Dixerat Alipotens. magno non illa recusat
Parere imperio, terras & inire iacentes,
Ignarisq; nouam mortalibus indere mentem.
Ergo iter insuetum aggreditur; summiq; facessens
Iussa Patris, caeli concessit ab axe sonantis,
Inq; viros cadit innocuos vis enthea tractim.
Continuo rapit euantes quos occupat ardor
Illa nouus, calidis & inaestuat acta medullis
Aura potens, cogitq; modos profundere ab ore,
Quos cupiat diuina Mele componere chordis.
Ante alios Erythraea vadis dum transilit altis
Aequora, & in sicco ponit vestigia fundo;
Correptus subito Regi paeana Tonanti
Iam merso Pharaone, canit cum milite Moses.
Quin illo germana etiam succensa furore
Fraternas acies tinnitibus aeris acuti
Excipit, & partos referens ex hoste triumphos
Voce canit tremula medijs citharistria turmis
Et medijs immista choris, quos agmine facto
Ducit, & instincto socias ciet ore phalangas.
Hinc alios ea vis itidem percellit amore:
Iessaeum in primis Puerum, qui Numine plenus

Crinibus intortis, facieq; insignis honora
Impellens digitis neruos, & verba remiscens,
Regis Idumaei, tristis quem vexat Erynnis,
Carmine, lymphatos pellit de pectore sensus.
Ipse etiam, immani laqueat qui culmina Templo
Terrarum, populiq; potens, ingentis & auri,
Imperio, & forma Salomon spectabilis ipsa,
Areolas inter myrrhae, thurisq. virentes
Inter & Engaddi vineta nitentia pinguis
Diuinae Iuuenem sponsae modulatur amantem:
Quam blandis acuit ludis, & tristibus iris,
Vt mage succendat, veteremq; integret amorem.
Quid teneros dicam pueros, Babylone sub alta,
Quos trahit in rapidis ardentia robora flammis
Sacra Deûm, atq; aris affectans astra Tyrãnus?
Nempe sub incenso dum carcere fluctuat ignis,
Stridulaq; insano bacchatur murmure fornax;
Hymnum illi cecinere Patri. nec subdita castum
Laesit pruna latus, fax aut Vulcania plantas.
Non tamen hic haeret libata Poëtica caelo:
Serpit prole noua semper, semperq; potentes
Latius effundit geminata lampade vires,
Deq; alijs alios proseminat ordine vates;
Quos ardore pari, facibusq. instigat eisdem.

Ac

Ac veluti arcanas Lydorum effossus in aruis
Herculeus lapis, aut cautes Magnesia ferrum
Fundit in oppositum leges; vi percitus illa
Cogitur in lapidem connitier annulus vltro,
Et socios secum perducere: ferrea donec
Ordine demisso, conserta trilicibus hamis
Flectitur in longum nexu pendente catena.
Haud aliter puro delapsus ab aethere quondam
Ille furor, primos stimulat, mediosq. lacessit,
Postremos sequitur; virtutem inspirat eundo.
Ex illo ingenuis lepor additus artibus, omnes
Transijt in rerum formas, liquidoq; supernè
Lumine perduxit, sensumq; abstersit amarum.
Nam canit Empedocles, caeliq;, mariq; profundi,
Naturaeq; vias refugae, fontesq latentes,
Quicquid & in caecis tegitur mirabile causis.
Quem fide confisus patria, Phoeboq; Latino
Subsequitur Carus primaeui exordia mundi
Et rerum referans elementa, ac saecla ferarum.
Quinq; Poli Zonas, & sidera cantat Aratus;
Cui Latius docto respondet Manlius ore.
Concinit & medijs Syrenum eductus in vndis
Parthenopaeus olor, pluuias quoque dicere versu
Ausus aquas, ventos, nubesq. & fulmina Caeli.
Hesio-

Hesiodus vocat agricolas ad plectra, dierum
Atq; operum praecepta ferens, quē proximus vrget
Voce Maro, & longo iam praeterit interuallo;
Aëraq; & mundi superans conuexa canendo.
Nec te praeterijt medica Serenus in arte
Phoebe potens morbi causas complexus, & herbas.
Quae calidas abigunt aegro de corpore pestes.
Sed tamen hunc vincat postremo tempore Musas
Qui vocat Aonias, quà se Benacus ab antris
Exerit, & viridi redimitus arundine gaudet;
Tabida dum repetunt habiles contagia chordae;
Dum canitur caeco peregrinis pharmacon oris
Auxiliare malo deductum, & Syphilis vndas
Iam super, astrifero sublimis in aethere fertur.
At Cilicum è Portis vates, molliq; profectus
Gente olim venantum omnes amplectitur astus,
Et quibus à tenero consuescat retibus auceps,
Quacq; apros contra torquenda sit hasta lacerto.
Hunc lucos per Caucaseos, Tauriq; volantem
Saxa super, canibusq; feras, & voce prementem
Insequitur, sed voce pari, sed passibus aequis,
Barga potens citharae, florentibus editus aruis,
Mediceisq; euectus equis, & remige penna,
Quam Deus, & dextro promouit flamine Cosmus.

Ecce

Ecce autem historias plectris committit eburnis
Ennius, & mundi positum glomerabilis Afer
Expedit accentu, terrasq; ingressus apertas,
Ingressusq; vndas, portus commostrat, & vrbes,
Ignotosq; maris tractus, gentesq; repostas
Trans reducis Solis, Solis trans regna cadentis.
Quin & Grammaticis potis est inflectere leges
Ad citharã Maurus, potis est tyronibus auctor
Praecinere, & tortos auellere sentibus hamos.
Tu quoq; Cecropijs cantu ciuilia condis
Iura Solon; referunt icta testudine nerui
Quae scribis mandata tuis. praeeunte Camoena
Das populo leges, velut hausta oracula caelo.
Sed labor est, omnes dio quos ille furore
Flammat amor verbis distinguere. munia mille,
Mille canendi artes, rerum mille edocet vsus.
Nil etenim praetergreditur, nil linquit inausum,
Intactumq; suo iam fusilis orbe Poësis.
Demit amaritiem rebus, studiumq; virile
Mollit, & ambrosio respergit cuncta lepore.
Et dubites praeferre alijs, quas dia creatrix
Protulit in lucem quondam Sapientia natas,
Hanc animi languentis opẽ; quae nectare cunctas
Imbuit, & numeris attemperat vtile dulci?

Vna

Vna sit è multis, primam quae poscere palmam
Audeat, & meritos ferri sibi certet honores.
Ipsum etiam Phoebum supra Musasq; canentes
Docta opifex laudum facundae copia linguae.
Cui tamen, aut potior sit laus, aut gloria maior
Debita, quaesitum est alijs: me iudice nunquam
Rhetoricae primas tereti dabit Attica Pallas.
Vtraq; materiem dicendo versat eandem,
Cerno equidẽ, atq; agitant in eodẽ puluere currus.
Sed fugit à noto procul auius aequore vates;
Orator timidis perstringit littora tonsis.
Ceu mare flumineo consutas vimine cymbas
Portat idem; turres, & idem sustentat acerras;
Illis vna vndas, palma altera radit arenas,
His tempestates, & agentes nubila Cori
Vela mouent; tenuis nec concitat aura ceruchos.
Qualia Vlysseae fabricantur texta carinis
Oceani scissura sinus, & America tandem
In patriam externas vectura per aequora gazas.
Talis obit mare caeruleum diuina Poësis
Ingentes imitata rates, quae ditis Iberi
Littore digressae Malabarica Regna pererrant.
Nec timet iratum pelagus, pelagiue potentes
Horrescit dominos, Quin illi candida Tetys

Nym-

Nympharum stipata choris occurrit eunti;
Occurrit Nereus; occurrit plurima circum
Turba maris, gemmasq; ferunt, & munera cõchis,
Rubraq; de caeco direpta corallia saxo,
Et viridi puppes hedera, lauroq; coronant.

Adde quod in tẽplis, quae dant oracula Diui,
Carminibus reddunt: castis nec lege soluta,
Verba placent, quae respondent arcana Sibyllis.
Cantat Amalthea, cantat Marpessia Virgo,
Cantat & Herophile Romano fata Superbo,
Quaeq; tenet Cumas, quaeq; aspera saxa sonãtis
Incolit Albuneae. venturaq; saecla recludit.
Ipsa quidem dubias orat Facundia causas,
Consulit in medium, rebusq. occurrit egenis:
Garrulitate tamen, linguaeq; libidine gaudens,
Nunc hos proscindit verbis, nunc mordicus illos
Vexat hians, stomachoq; fremens, & pectore anhelo
Ilia diffundit pulmone tumentia rauco,
Clamosumq; forum dictis audacibus implet.
Haec Pindi secreta petit, nemorumq; recessus,
Solae vbi Pierides taciturna silentia ducunt,
Et versans animo, labentia carmina tornat,
Postera quae saeclis relegat venientibus aetas.
Quin & proiectos odit castissima mores:

Cui

Cui Pater aeterna quendam dedit aethere ab alto
Virginitate frui. Vultum nam condit honestum
Delia Romani cum dicitur ore Tibulli;
Cum Thallum Verna suum, cum Teia Batyllum
Musa canit, cum Callimacho resonatur ab Vmbro
Cynthia; Nasonis cum pagina ventilat ignes.
Sunt tamẽ huic etiã pugnantis fulmina linguae,
Si cupit Antenor belli praecidere causas,
Et facibus contra pugnat succensus adulter:
Si fremit in Turnum flammato pectore Drances,
Et Telamone satus parvo commissus Vlyssi
Ante rates magni clypeum deposcit Achillis.
Sunt & corniculis turgentia robora frontis,
Si rabidos armat Satyros: sunt aspera dicta,
Si longum subiecta trahit per pulpita sytma.
Si gemit Aiacem, aut furias complorat Orestis;
Obscoenumq; refert Tereum, querulumq; Thyesten.
Immo etiam infestis audet concurrere telis,
Et trepidas inflare tubas. quo more frementes
Accendit Tyrthaeus equos, peditesq; canendo.
Quo more, occiduas frangit seu cuspide turres,
Vindicat aut stricto Lybiae periuria ferro:
Scipiades, lateri vates affixus amico
Haerebat Calaber ducens in praelia Phoebum.

Fortu-


Fortunamq́; ſuas comitantem in caſtra Camoenas.
Non hos barbarico potuit proſternere Marte
Hoſtis atrox, quamquã media iam morte tenẽtur
Inter equos, inter ſtridentia tela micantum:
Quippe hominũ iuxta, ac Superũ sũt cura Poëtae.
Teſtis in Aemathijs deprenſus Horatius armis,
Quem cuneis verſis non euertere Philippi,
Aëre ſed vacuo Cyllenius abſtulit Ales
Vatibus aſſertum Lyricis, fidibuſq́; Latinis.
Haud ita ciuiles impunè euaſerit enſes
Orator: nudo iacet hic in littore truncus
Antoni fixus gladio, quem fixerat ore.
Ille autem incaſſum Neptuni fiſus Aſylo
Repperit in calamo patriae quẽ dempſerat hoſtem.
Quod ſi dura premunt tamen infortunia vatẽ,
Secũ habet anxiferae ſemper medicamina mentis,
Et ſociam curae citharam, comitemq́; laboris.
Scilicet hanc rapta iam coniuge conſulit Orpheus,
Et tacitos animi cantu demitigat aeſtus
Euridicem inclamans: hanc inter Pontica ſaxa,
Inter & Euxini, lataeq́; Propontidis vndas
Percutit, & digitis ſolantia fila laceſſit
Qui gemit amiſſas irato Caeſare ſedes.
Huius ope in tenebris, & caeco carcere poſcit

Noli-

Nobilis Exconsul, praetextatusq. Senator,
Quem ferus immiti demersit funere Danus.
Nunc age Pierio mihi dicta Poëtica cantu,
Pastori promissa feras iam munera, cuius
Arbitrio pomum tibi cesserit aurea Iuno,
Quaeq; modo steterunt tāto in certamine Diuae.
Surgimus. dedit aequa Paris de cespite iura
Virginibus; quae iusta petunt discrimina formae.
Iurgia nulla foro: Tabularia litibus orba
Claudite: Iudicium Spartana lege peractum est.

D. PETRO IN VINCVLIS Calendis Augusti.

SILVA. XXII.



ASCERE sextilis lux aurea nascere mensis,
Augustum quae nomen habes è nomine Magni
Caesaris; imperium lōgis qui finibus olim,
Fluminibusq; nouis, & terris omnibus auxit.

Sic

Sic etenim Oenotriae populus, Latijq; Senatus
Decreuere Patres. quod tempore scilicet illo
Spectarat triplices Augusti Roma triumphos.
Tunc inijt Pax alma suo cum Caesare Regnum,
Belligeriq; Dei concludens limina Iani
Cepit Auentini melior fortuna Curulem.
Ergo nouos cape nunc etiam Sextilis honores
O mundi niueas inter non vltima luces:
Sume nouam Trabeam, Regniq; insigne, Secures
Stringe nouas; tibi quas Solymae de carcere caeco
Dat Petrus tenebris quondam, vinclisq; solutus.
Namq; tenebatur saxi testudine subter
Obstrictus crura, & manibus post terga reuinctus
Paedoreq;, vmbrasq; inter, quà sceptra Tyrannus
Vexat atrox, rigidisq; agitat sub legibus oras
Lustratas Superis, & Christi funere sacras.
Squallidus ille situ, corpus, turpiq; decentes
Deformat macie malas, crinemq; relinquit
Impexum, & multo persusam puluere barbam.
Fessa tamen tristi releuabat corpora somno
Multa super Solymis moesto cum corde volutans,
Multa super coetu nullo custode relicto.
Ac veluti insano deprensus turbine pastor,
Quem procul à stabulis clausum torrētibus vndis

Grãdinis imber habet, ventiſq; procacibus Auſter.
Flumina ne pecori noceant timet ille, cruentis
Neu Lupus incluſos infringat dentibus agnos:
Ignaruſq; haeret, ad nec lipatentia mundi
Tecta ſerenato recludat margine Rector.
Haec videt aetherea qui cuncta tuetur ab arce,
Aligerumq; vocat Iuuenem. qui protinus ante
Aduolat aeterni ſolium Regale Parentis
Ire procul quocunque ferant praecepta paratus.
Stant illi celeres alae, pennaeq; volucres,
Tela quibus tranſmiſſa praeit, Zephyroſq; ſurẽtes
Aëra per vacuum. ſtat veſtis diſcolor auro;
Stant radij, & bifidae diſtingunt tẽpora flammae,
Ac ſuſpenſa leues ſtringunt veſtigia nubes.
Vidiſti, quo more Petruſq;, quo carcere, dixit,
Vincla geris manibus, caeli qui vincula ſoluit,
Aſtraq; recludit mortalibus? ille tenebris
Clauditur, ille meus, qui me perſaepe volente,
Dia ſalutiferis diſpenſans munera palmis,
Firmatis iuſſit claudos incedere plantis.
Iuſſit & inferri tumulo duo corpora, quorum
Iam fuerat commune nefas, ſimiliq; piandum
Supplicio crimen. populos quid mille renarrem
Peſtibus ereptos diris? quid lumine caſſos

Lucem

Lucem iterum vidisse Poli quà corpore Petrus
Incumbit veniens, & corporis ingruit vmbra?
Nimirum gradiente illo cecidere retrorsum
Agmina morborum subitò, fluxitq; per aegros
Improuisa salus, & sensibus addita virtus,
Quam non artifici reddunt medicamina succo.
Ipsa Palaestino constructa in littore Lidda
Testis, oliuiferis tellus vberrima siluis;
Cuius agros peragrans Aeneam soluere nodis
Eualuit, quos pigra lues adstrinxerat olim,
Fecerat & miserum defunctis viuere neruis.
Testis Lyddaico Ioppe contermina campo,
Munificae Ioppe clarata salute Tabithae.
Quae, dum membra nigro resident cōposta feretro,
Defleturq; suis, Petro reuocante reuixit,
Et stupuit superesse sibi, mortisq; catenas
Effregisse ferae, ac nulli remeabile regnum.
Quare age fide Vigil, nullò quà lumine Petrus
Clauditur interea, & caligine conditur atra
Ingredere, ac ferri valuas perrumpe rigentes.
Non etenim fas est secessus carceris illos
Christiadum caelare diem: commune periclum
Petri poena facit; repetat iam Pastor ouile,
Quassatamq; ratem Rector; nostraeq; refirmet

Fundamenta domus, animi qui robore ſeptus
Nominis inuicti diuina vocabula portat:
Haec Pater, & nutu diſcuſſit nubila mundi,
Concuſſitq; Polum. Magnae ſed nuncius Aulae
Ore nihil contra. pennas quin percitus omnes
Explicat, aduerſaſq; ſecat per inania nubes.
Et velut humenti delapſus ab aëre cygnus
Remigium quatit alarum, radijſq; micantes
Dat Zephyro crines, curuatq; volubilis arcum,
Et totidem variat ſinuata veſte colores,
Quot roſeas praefert Thaumantias ore figuras;
Vt caecam ſine Sole domum, triſteſq; latebras
Aliger ingreditur, reſpergit cuncta nitore,
Vincit & horrendam varianti cyclade noctem.
Effugit vmbra loci, & puras vaneſcit in auras,
Lucifero veniente nouo; color effugit ater,
Miranturq; alium nocturna ſilentia Solem.
Petrum ſomnus habet ſcutato milite cinctum:
Excubat aſt illi vigilanti in pectore ſemper
Somni ignara fides, dioq; animata vigore
Non patitur dormire animum. nãq; agmina longe
Ire per aethereos cernit fulgentia campos,
Alloquioq; Dei fruitur, quà Regia Caeli
Surgit & aeterni celſum Auguſtale Tonantis.

Quin

Quin & Christiadas certo Pastore carentes,
Palantesq; sibi in somnis spectare videtur,
Aeterno quos interea dat habere Parenti.
Nuncius at Petro latus impulit; ille repente
Sopitos reuocat languenti in corpore sensus,
Attonitusq; haurit Iuuenis mandata iubentis.
Prodi cura Patris: mundi decor inclyte, dixit,
Expectate tuis prodi: loca linquere putri
Fas est senta situ, caecisq; horrenda cauernis.
Intege veste latus, nudis da vincula plantis,
Et molire fugam tenebras per noctis opacae,
Me laxante seras: teq; his tandem eripe tectis.
Haec ait Alipotens. Petrus miratus, & haerens
Talia dicentem sequitur per septa domorum,
Perq; impressa mouet trepidum vestigia gressum.
Paret enim, & rerum ignarus mandata capessit,
Vana putans pigros deludere somnia sensus.
Sed clausae patuere fores, obiectaq; cedunt
Limina; conuerso voluuntur cardine postes;
Ostiaq; alta labant subito concussa fragore.
Nil ferri valuere morae: nil aerea Petro
Claustra obstãt, Stygias Orci qui vincere valuas
Et reserare aditum potis est bipatentis Olympi.
Carceris ecce autem flexus euaserat omnes,

Cum ſubito Volucer pictis ſublimis in alis
Alternatq; humeros, tenueſq; recedit in auras,
Et procul à terris nebulæ ſe immiſcet, & umbra.
Ille autem ſoſpes petit agmina laeta Piorum,
Redditur ille ſuis: reduci gratantur ouantes
Chriſtiadae, auctoremq; ferunt ſuper aſtra ſalutis.
Nec Solymae tantum ciues ſenſere propinquam
Muneris huius opem: ſed poſthac Romula tellus
Geſtijt aeterna Petri conſtricta catena.
Gaude magna Parẽs Regum Roma inclyta, gaude
Heroum genitrix magnorum, atq; aemula caeli:
His tibi nam vinclis libertas parta reſurgit,
Et quaeſita ſalus Capitoli in vertice regnat.
Scilicet hoc nexu circumdata ſemper ab hoſte
Tuta eris, & nullo quatieris fulmine belli.
At tibi dent Superi quantum pro laude mereris,
Quantum animus cepiſſe poteſt ô muneris auctor
Dardanidum Regina potens Eudoxia mater.
Tu facis, arcano iungantur vt aere catenae,
Quas timeat Phlegethon, aeternaq; Regia Ditis,
Et paueant Stygij caeca formidine Manes.



TAR-




TARQVINII GALLVTII E SOCIETATE IESV CARMINVM.

LIBER SECVNDVS.

In Peruigilio Natalis Chriſti.

E L E G I A.

I.



RAS erit in terris caeli ſincera voluptas,
Cras ſocio Mundum foedere nectet amor.
Craſtina principium noſtris lux aurea Faſtis
Inſcribet vacuas inter habenda dies.
Omnia ſollicitae potent obliuia vitae,
Omnia naſcenti ſint operata Deo.
Non iuuet errores filo pinxiſſe puellas.
Non radio flauam diſpoſuiſſe comam.

Pura placent illi, puris procumbit in vlnis,
Et nitidus puro conditur ille sinu.
Illi turba placet fida comitata lycisca,
Quaeq; inflat calamos Alphesiboea manus.
Hic choreas, cantusq; pios, plausumq; mouete,
Lataq; compositis ite per arua modis.
Ducite & emeritos plena ad praesepia tauros,
Nec timeat durum fessa iuuenca iugum.
Tuq; adeo aethereas hauri feliciter auras,
Magne Puer, tecum candida saecla gerens.
Te veniente, nitent Iani tibi Nate Calendae,
Nataliq; tuo purior annus init.
Te veniente, fluunt alieno tempore luces,
Nempe nouas caelum cogis habere vices.
Nam valido gelidum cum pectore frigus anhelat,
Semifer & stellas frigerat ore Caper,
Sarmaticasq; niues Boreas componit in Aemo,
Et placido tellus supplicat vda polo;
Dum platanus folijs, spoliataq; vitibus vlmus,
Et scabro quercus cortice nuda riget:
Gramina cum pluuio nolunt se credere caelo,
Gemmaq; sub tunicis clauditur alma suis:
Frigida cum vitreis concrescunt flumina crustis,
Caurus & in glaciem frigore vincit aquas.

Sancte

Sancte Puer curis terrarum gaudia misces,
Et regis arbitrio sidera Diue tuo,
Ipse iubes pigrum properare volumine caelum,
Currat vt inuersos Delius ante dies.
Et tibi sunt flores, sunt prata virentia musco,
Sunt violae molles, purpureaeq; rosae.
En Aries nitido tibi fulget ab aethere cornu,
En tibi puniceo vere renidet humus.
Luteolosq; crocos, & luteolos hyacinthos,
Et vario thymbras educat aura solo.
Terra tibi viridi colocasia miscet acantho,
Prataq; floriferis pingit odora comis.
Omnia nascenti gratantur commoda Regi,
Gratantur sensu laetificata nouo.
Hunc teneri Mundi fruges habuisse tenorem,
Has habuisse ferunt tempora prima vices.
Purpureum ver illud erat, ver primus in orbem
Intulit auricomo Cynthius albus equo.
Imbribus, & rapidis parcebant flatibus Euri,
Lucebatq; noua candida Luna face.
Non timuit moles rupes Alpina niuales,
Non gelidum stricto Noricus amne vadum.
Non valido annosae nutabant flamine cerri,
Africus in Siculis non equitabat aquis.

Non

Non mare ramosi metuebat cornua Nili,
Qualia nunc tumidi cornua plena timet.
Indigenas Nili claudentis origine lymphas,
Et nusquam primas eiaculantis aquas.
Non niue Danubius turgentes prodigus vndas
Voluebat domino iusta tributa mari.
Non tempestatem glomerabant imbribus atris
Sparsa sub obscuro nubila nigra polo.
Non Pater in media nimborum nocte trisulco
Aemonium telo concutiebat Athon.
Non salis ingenti reboabant littora planctu,
Non pluuia Gallus praecipitabat Arar.
Non conspirati iungebant praelia Cauri:
Non stipulam ventis atra ferebat hyems.
Tunc vitrei fontes, tunc formosissimus aër:
Tunc trepido flabat mobilis aura sono.
Auia tunc auibus resonabat silua canoris,
Tunc segetes almus parturiebat ager.
Tunc Zephyro gremium laxabant arua sinusq;,
Myrrhaq; odoratis illacrymabat aquis.
Mollia se tutò credebant gramina Soli,
Temnebatq; Noti caltha renata minas.
Et tenero vitis trudebat palmite gemmas,
Et dabat effusas longius ire comas.

Tunc

Tunc primum lucem pecudes hausere, viriq;:
Per nemora immissae tunc abiere ferae.
Arduus hinc capiti ceruus virgulta trahebat;
Hinc attondebant pabula laeta boues.
Herbosiq; leues errabant montibus agnae,
Et tulit argutum bucula torua caput.
Hinc pecus in siluis concurrere coepit equinum;
Et docili flexit mollia crura pede.
Hinc rabidae subiere Vrsae; duriq; cerastae
Colla venenatis intumuere notis.
Sed neque dum curuo feriebat bucula cornu,
Corpora non hirtus dente petebat aper.
Non pecorum teneris instabant foetibus Vrsi,
Non humiles strauit foeda leaena greges.
Non dum mortiferum spirabat vipera succum,
Non dum conciderat tardior agna lupo.
Non bellator equus densa inter pila micantum
Hauserat horrisonas aure tremente tubas.
Fama est inter oues, tigres, pardosq; cubasse,
Fama est & socios accubuisse lupos.
Dicitur in campis nullo custode capella
Isse, ferus pauidi dux gregis vrsus erat.
Damaq; cum canibus venisse ad flumina fertur,
Et seruasse suas fida leaena boues.

Et ca-

Et casiam non culta seges, calthasq; tulisse,
Terraq; natiuis erubuisse rosis.
Tum quacūq; vago diffunditur aequore Nereus,
Gemmiferis baccas enituisse vadis.
Non gens vna leui pectebat ab arbore lanam,
Non tantum auriferas Hermus agebat aquas.
India non tantum dentes mittebat eburnos,
Non Arabum tantum messis odora fuit.
Non tantum Eoo Panchāia thure calebat,
Cinnama non tantum Memnonis ora dabat.
Omnia tunc nullo discrimine terra ferebat,
Vulgo erat effusis spica Cilissa comis.
Roscida de scabra manabant ilice mella.
Perq; vias ibant plurima, perq; nemus.
Et steriles passim sudabant nectare trunci,
Et niuei passim flumina lactis erant.
Et rigidis nitidae pendebant sentibus vuae,
Et rubus hirsutus cerea pruna tulit.
Aurea non curuum tellus poscebat aratrum,
Aurea condiderat tempora prima Pater.
Sponte sua grauidae segetes, & fertilis humor,
Nec labor agricolae, cura nec vlla boum.
Dulcia pacatae ducebant otia gentes,
Nullus erat clypeus, nullus & ensis erat.

Tunc

Tunc neque pauperies vlli, neque tristis egestas,
Corpora non varijs dilacerata modis.
Non morbi, non vlla cohors, ac turba malorum;
Non celeri veniens cana senecta pede.
Virtutumq; chorus per prata nitentia lusit:
Scilicet haec aetas florida veris erat.
Sed post prima patris veteris contagia noxae
Tot bona sunt miseris contemerata malis.
Protinus erupit peioris vena metalli,
Protinus erupit ferrea progenies,
Ex illo subiere simul morbiq;, necesq;,
Ex illo dirae mortis aperta via est.
Hinc labor & rigidi rapit inclementia caeli,
Atque nouercali lecta aconita manu.
Hinc quaeruntur opes, irritamenta malorum,
Hinc & terrifico bella reperta metu.
O niuei soles, ò lucida tela diei,
O fortunatas terq; quaterq; dies.
Quis mihi tam laeto reddat bona sidera cursu,
Primaeui & referat tempora prisca patris?
Sancte Puer curis hominum tu gaudia misces,
Et regis imperio sidera Diue tuo.
Aurea iam reduci fulgent noua saecula mundo,
Aurea progenies, te veniente, redit.

Nunc

Nunc alij soles, nunc altera tela diei,
Nunc alij mores, alter & orbis erit.
Tuq; adeo vultu praeportas saecla sereno.
Quae reuehis priscis inuidiosus auis.
Et bonus arrides, plaudisq; micante labello,
Atque pudicitiam matris in ore refers.
Quare age pernici volitabis Naenia penna,
Ibis vbi pleno gratia fonte fluit.
Lude pium carmen tenero modulamine, & aures
Demulce Pueri, Naenia, Naeniola.
Naenia blanda veni, suras adstricta cothurno,
Flauam nexa comam, versicolorq; sinu.
Dic vt in ambrosio Pueri stent ore lepores,
Et faciles ducant membra per alba choros.
Non vano quales fingebat Graecia ludo,
Priscaq; mendaci fabula nata ioco.
Tres Charites totis induxit Graecia terris.
Quae colerent vrbes, aruaq; lata soli.
Sed tot habes oculis, totidemq; in corpore honores,
In niueo quot habes corpore membra Puer.
Quot radios ceruice, comis quot fila recenses
Aurea, lacrymulis quot maduere genae.
Gratia per cirros volitat, radiosq; comantes,
Gratia perq; oculos, sidera bina, volat.

Ore

Ore sedet roseo, labiorum innititur ostro,
Et cubat in teneris gratia rara toris.
Bethlemicas adeò mea Naenia vecta per oras
Ad Pueri cunas siste puella gradum.
Et cane quae totis Mater labefacta medullis,
Caelicolum dixit verba remissa lyrae.
Ad nos vix tenuis famae perlabitur aura;
Naenia nimirum te meminisse decet.
Dicitur ambrosius per candida colla Puellus,
Et lusisse bonae per genitricis ebur.
Illa auidos visus inhiasse in lumina Nati,
Et Pueri radios luce bibisse sua.
Ille ita suspiciens flammas à matre receptat,
Illa oculis similes abdit in ossa faces.
Hic matris miratur opes, haec lumina Nati,
Et perit alternis vulnere vterq; pari.
Mox vbi se fictam in Nati spectauit ocellis,
Edidit haec tenero dulcia verba modo.
Lumina punicei vincentia lumina Solis,
Lumina diuinis blanda cupidinibus.
Lumina sidereis duo lumina clara pyropis;
Lucida purpureis sidera chrysolitis:
Vos ego ni tueor, liquuntur pectora sensu,
Vos ego si tueor, comminus icta cado.

Dicor

Dicor enim in vobis felicior ipsa, beorq;
Nate oculis istis conspicienda tuis.
Ah moriar sic visa tibi; Puer aspice matrem;
Dulce mihi telo sit periisse tuo.
Nate meae vires, & pectoris vna voluptas,
Nate meae vires, Nate Parentis amor.
Iunge mihi malas, atq; oscula sancta marita,
Iunge mihi teneras bellule Nate rosas.
Laeues tende manus, mihi mollia labra daturus;
Lacteolos gremio conde Puelle pedes.
Brachia materno substerne tenerrima collo,
Et niue maternas candide tange niues.
Languidulosq; para mecum coniungere somnos,
Deliciae matris Nate, Parentis amor.
Audior. Ardentes excepi pectore flammas;
Vror iò, remoue blande Puelle faces.
Sat scio nunc quantus Deus his insidit in vlnis:
Cerno mihi quantus possidet ossa Deus.
Dumq; genis compono genas, atq; oribus ora,
Se se animus noster non putat esse sui.
Sic animam patulò de tramite ducimus aegram;
Atq; tui florem numinis excipimus.
O Tyriae merces, ò labra rubentia Nate,
O niuibus mistum die Puelle crocum.

Quid

Quid fugis ad frutices, vt mella nitentia condas,
Atque Hyblaea petis pascua mater apis?
Hic teneri flores, & Hymetti-roscida prata,
Atq; soporiferae viuida labra rosae.
Hic tenui totum gyro natura coërcet,
Quod gremio caelum, picta quod arua fouent.
Hinc igitur melius vestros libate liquores,
Hinc melius vestris condite mella fauis.
Quae quicunq; semel felici traxerit ore,
Diuinas auidus condet in ossa faces.
Dixit; & illapsam sensim per membra quietem
Excipit: & Puero sidera bina natant.
Ilicet incerto permittit brachia somno,
Et cubat in matris pendulus ille sinu.
Ecce Puer, Puerique Parens castissima dormit,
Somniaq; è caeli limine lapsa trahit.
Ite procul fraudes, procul hinc absistite curae,
Stridula rauci soni ponite flabra Noti.
Ponite sidereae Mentes cantumq;, fidesq;,
Dum Puero vincit mollia membra sopor.
Vos ego per campos oro, siluasq; comantes,
Ne Puero curas exhibuisse iuuet.
Omnia sint taciturna Deo: non audeat vlla
Sollicitam citharis imposuisse manum.

Q DE

DE CHRISTI IN AEGYPTVM Fuga.

E L E G I A.

I I.



EV fuge sancte Puer, crudeles heu fuge terras,
Regis Idumaei barbara tela fuge.
Ille tibi struit exitium, ferrumq; minatur,
Et parat immitem dura per arma necem.
Eripe te morti, crudelibus eripe coeptis;
Quae male perficiet, ni fugis, atra dies.
Atra dies nimium pueris erit illa tenellis,
Atra nimis fuerit matribus illa dies.
Heu nequeo fari: pueros ante ora parentum
Ah miseros miles terq; quaterq; ferit.
Parce precor scelerare manus: potuere quid isti,
Ducere qui primos vix potuere dies?
Non lepores Getula tigris, non vrsa catellos,
Non humilem volucris Delia figit auem.

In va-

In validas ruit illa boues: in terga draconum
Haec volat, & toruas diripit vngue feras.
Vix bene tam paruo locus est in corpore ferro:
Figere si vis hic vulnera, quaere locum.
Non sceptrū tā parua manus capit improbe, crede,
Membrula non ostrum, non diadema caput.
Stat mactare tamen; vitaeq́ excindere florem;
Culpa vel est nasci, vel potuisse mori.
Instat caede, locumq́ nouos designat in ictus,
Et manus immeritam librat iniqua necem.
Sternitur & bimus terris, & sternitur hornus,
Cui satis & dura ad funera mensis erat.
Sparsa cruore madēt arua vndiq́, & vndiq́ saxa,
Oppida funeribus, compita caede natant.
Iam piger it victor, vitulis ceu dente subactis,
Pigrior it pulsa cruda leaena fame.
Nulla tamen mora, nec requies auellitur infans,
Vellitur heu miserae matris ab vberibus.
Ah puer abreptus male dum blanditur ocellis,
Lictorem patitur, quem putat esse patrem.
Non mouet hūc pietas, tenerū non cōmouet aeuū,
Non mouet, heu lacrymae, dilaniata parens.
Heu Rachel miseranda parens; quid tēpora foedas?
Candida quid pugnis pectora tunsa notas?

Vda genas, turbata comas, ciet astra querelis,
Non lacrymis vllis, non mouet illa prece.
Huc saltem conuerte manus, ait ecce satelles:
Hoc mage, quod ferias barbare, corpus habes.
Hic alius nobis latet intra viscera foetus;
Verte manus: vno vulnere caede duos.
Caede duos, certum nati sit vt altera bustum.
Alter vt inferias sentiat ante diem.
Hoc pietatis erit, quando mihi munere vestro
Non licuit vitam ducere, posse mori.
Sed quid ego haec memoro? sunt barbara iussa Ty-
Sic iubet extingui quos putat esse Deos. (ranni.
Sic iubet extingui sceptris quos arcet auitis,
Quos timuit regno, scilicet ense cadant.
Sidera, vestra fides: vbi telum in nube trisulcum,
Si liquido nunc it Sole serena dies?
Improbe quot pueris, tot rapta est Regibus aura,
Per te quot pueri, tot cecidere Dei.
Vnde meos igitur repetam Rex barbare luctus?
Quod mihi das flendi barbare principium?
Quae Scythia te dura silex, quis Caucasus horrēs,
Quae mala te Siculis expuit vnda fretis?
Quae sic immites admorunt vbera tigres?
Quae tam crudeles te genuere ferae?

Aspice quos caedis, quos funere mergis acerbo;
Vna dies peperit, sustulit vna dies.
Qualem luce noua, atq; auris vitalibus agnum
Marmaricus rapido praeripit vngue leo.
Qualem Narcissum, liquidas dum prodit in oras
Flamen idem fouit, turbine difflat idem.
Qualem vere rosam, tenerisq; papauera nodis
Materna excindit durus arator ope.
O niuei flores, ò rubra corallia Nati,
O rosa luminibus ò hyacinthe meis.
Non vos cara parens collo pendere videbit,
Oscula non pressis auribus eripiet?
Non dextella humeros, non lanea laeua papillas,
Candida non plaudet palma parentis ebur?
Et vestra sine luce dies ducentur, & anni,
Nec pluuia semper nubilus annus erit?
Relliquiae dulces miseram lenite parentem,
O cari quondam ponderis exuuiae.
Forsitan haec vltor caelo spectabit ab alto,
Cui scelus, & poenam bellua cruda luas.
Ominor, immitem tibi signa minacia portant,
Et sceleri similem sidera dura necem.
Tempus erit, cũ peste manus consumptus & artus,
Surdos saepe viros, sidera surda voces.

Hactenus haec dixisse satis moestissima mater.
Barbarus heu nimium funera vestra luit.
Illi tanta nimis sterilescunt gaudia caedis,
Heu nimis informi tabe peresus obit.
Adde fugam interea mundi iustissima cura,
Sic iubet è caelo nuncius, adde fugam.
Sic iubet Herodes, sic imperat ira Tyranni,
Funere sic duro corpora mersa iubent.
In te saeua Ducis ruit ira; tibiq; minatur
Exitium, quae nunc sanguinis vnda fluit.
Sed quo carpis iter vitae melioris origo?
Heu quàm dura Puer vertis ad astra solum.
Quo fugis? hei mihi quã cruda est Aegyptia tellus,
Quàm timeo mores barbara Memphi tuos.
Quã Pharbaete tuos, quàm nubila rara Syenes,
Quàm timeo leges dure Canope tuas.
Nam quid ego à proauis repeto fastigia rerum,
Quid memoro innocuas in fera vincla manus?
Quid casus Hebraee tuos puer inclyte dicam,
Quid referam firma limina clausa sera?
Quid me Sammariae, viridis quid littus Ioppes,
Quid me Iordanis vitrea lympha rapis?
Quid me herbose rapis curuis in vallibus Hebron?
Quid tua me Sichen laeta vireta vocant?

Veniĳt

Venijt hic vitio fraternae fraudis Ioseph,
Hic male bis deno venijt asse puer.
Et putat extinctum sparsas cum sanguine vestes
Aspicit; & falso spargitur imbre parens.
Spargitur & longos informi puluere canos,
Scindit & obstantes pectoris vngue sinus.
Quis casus te care mihi tam durus ademit,
Ne caderet tecum nostra senecta puer?
Heu mala te siluis lea sustulit: effera tigris
Ausa mihi carum dilaniare caput.
Ite citi, per tesqua citi, per lustra ferarum,
Per iuga, per saltus, per loca senta rubis.
Et si quid lacero tandem de corpore restat,
Cara etiam misero pignora ferte patri.
Aut ego proripiar siluas laniandus in altas,
Queis puer vt cecidit dentibus, ipse cadam.
Tum septem perhibent somni sine munere noctes,
Ieiunum septem continuasse dies.
Teq; puer cum sole placet, cum vespere flere,
Te cedente die, te redeunte queri.
Et modo per siluas, modo per saxeta ciere,
Et modo te nudis quaerere littoribus.
Et quoties fessus perplexa ambage viarum
Constitit ad Sichen, pascua laeta boum;

Reddite clamabat, natum mihi reddite ademptum,
O quaecumque sub hoc bellua monte lates.
Ante mihi nunquam cordis concedet amaror,
Quàm sit visa oculis cara figura meis.
Quin etiam in lacrymas paulatim totus abibo,
Qualis abit pluuio tacta pruina Noto.
Et meritò: misero natus mihi nuper ademptus,
Quo mihi non natus carior alter erat.
Ille amor, ille meae solamen dulce senectae
Iam fuit: ah misera nate perempte nece.
Versari tecum semper, tecum esse solebam,
Tu mihi tergebas pectora tristitia.
Nunc mea perpetuo manabunt lumina fletu,
Manabunt semper lumina fluminibus.
Donec fessa dies animi mihi claustra relaxet,
Donec tarda mihi vita superstes erit.
Interea Pharias puerum mercator in oras
Portat, & Aegypti regna beata petit.
Iamque Palaestinae peraratis finibus altae,
Ecce Paraetonij tecta superba vident.
Incipit & turres procul ostentare Sebennis,
Incipit & Memphis prodere in astra caput.
Hic iuueni requies: hic intrat Osiridis vrbem,
Tectaque Niliacis nobilitata vadis.

Hic

Hic alios patitur dominos: equitumq; magistro
Mancipium multo venditur aere puer.
Induit hunc sagulo, pictis cui purpura limbis
Errat, & ad talos fimbria rubra fluit.
Donat equum, donat phaleras: pulcherrimus ille,
Altior & socios eminet ante suos.
Quale ebur, aut fulgens media se qualis arena
Exerit, & trito in puluere gemma micat;
Talis belle puer multis in millibus ibas,
Talis eras vultu, lumine talis eras.
Quantum animis erroris inest: geris inscius ipse
Arma, quibus miserè conficiendus eris.
Quid iuuat imperijs aliena facessere iussa,
Si dominam vinclis, seruitioq; premis?
Ipsa sibi totis visa est ardere medullis,
Vt pueri sensit femina caeca faces.
Illius & reputat cultus, putat ora, manusq;,
De puero noctes cogitat, atque dies.
Sic graditur, sic membra mouet, sic lumina versat
Neglectas ebori sic iacit ille comas.
Murice sic malas, sic labra rubentia tingit,
Articulat placido talia verba sono.
Illi & amara dies, & noctis amarior vmbra est,
Illi cuncta nigro tempora felle madent:

Qualia

Qualia post magnum languescunt aequora motũ,
Sed tamen à ventis aequora cana tument.
Talis erat placitae iuuenis praesentia formae:
Absit forma licet, corde remansit amor.
Vritur, & caeco nimium succensa furore,
Comparat immerito foeda puella necem.
Quid tam saeua iubes me femina dicere facta?
Quid tua me cogis probra pudenda sequi?
Euocat in thalamos iuuenem; mollissima verba
Format, & amplexus addere caeca parat.
Ille reformidat; visuq; expalluit amens,
Qualis in vmbroso caltha vetusta solo.
Explicat & nexus: trepidis fugit oscula labris,
Vt fugit incauto vipera pressa pede.
Heu remoue, exclamat, cupidos hinc femina nexus,
Hinc remoue collo brachia iuncta meo.
Sic placeo dominae, thalamoq; placemus herili?
Haec fuit officiys gratia danda meis?
Quamuis amplexus, adductaq; brachia fugi,
Sum tamen in noxae finibus vsque nocens.
Quis scelus hoc Tanais, Nilo confusus & Indus,
Quo Tagus incestas eleuet amne manus?
Non has si Ganges, non has si mergat Orontes,
Oceani non si perfluat vnda patris.

Haec

Haec ait: & se proripiens pauefactus, amictum
In manibus liquit nupta nefanda tuis.
Illa dolore amens clamorem ad sidera tollit,
Quo sola, quo totae contremuere domus.
Hic miser indignis religatus brachia vinclis
Cogitur in tenebras carceris ire puer.
Hic olyra pastus vili, lymphaq; palustri
Attenuat niueos corporis ille toros.
Attenuat macie vultus, auroq; e ruscas
Promittit longas iam sine lege comas.
Culpa est esse pium: scelus est seruasse pudorem:
O mage Lernaea femina cruda lue.
Nulla tuas vnquam superabit fabula noxas,
Mores nulla tuos vincere Phaedra potest.
Non hoc Pasiphäe vincat Gortynia crimen,
Si qua vel existet foeda puella magis.
Scilicet haec Mẽphis, parit haec Aegyptia tellus:
Ah Deus haec natum cogis adire loca?
Haec fuit externis semper male fida colonis
Terra; Palaestinis semper iniqua fuit.
Testis es Isacidum Moses fortissime ductor
Hoc male perpessus fanda, nefanda, solo.
Dicitur vt primas venit sub luminis auras,
Amne datus rapidis, vt veheretur aquis.

Sed scelus indignum renuerunt fluminis undae,
Et puerum sicco destituere vado.
Cortice compositus, textoq; receptus iunco,
Deserta infelix illacrymatur humo.
Aeneadae gemini quales impune vagati
Dicuntur lymphis, ô Tyberine, tuis:
Vimineo tuti fisco, fragiliq; quasillo,
Scilicet ut Romae semina magna darent.
Depositum sic Nile tenes, quia scilicet intra
Flumina pene noui conditor orbis erat.
Parce puer lacrymis, temera neu lumina fletu:
Sors tibi non humilis Regia Nata venit.
Illa puellari gradiens stipata corona,
Amne lauaturas mane petebat aquas.
Vidit arenosa proludere rupe papyrum,
Et puerum querulis astra ciere modis.
Mota sono iubet educi, stupet inscia formam,
Et formae quod tam fusile lumen erat.
An Dea te formose puer vitalibus auris
Edidit, an quae sub flumine Nympha latet?
Lacte nouo, dapibusq; nouis puer inclyte cresce,
Nec pudeat nostros incoluisse lares.
Creuit lacte puer, plenis iam creuerat annis,
Creuerat & plena gratia lapsa manu.

Si

Si libet, è nigro propulsat nubila mundo,
Si libet, è calido deuocat axe niues.
Si libuit, picto deduxit sidera caelo,
Si libuit, Lunae tortile vertit iter.
Si libuit, refrenat aquas, & flumina sistit,
Si libuit, siluas, viuaq; saxa mouet.
Et rigido potuit de marmore ducere fontes,
Et potuit nigrum pellere virus aquae.
Lubricus in virgam quoties exaruit anguis?
Terribili quoties virga dracone viret?
Quid Pharios dicam currus cum milite mersos,
Dum redit ad patrium subdola lympha sinum?
Quid cyniphes referam pulsos, ranasq; palustres,
Mille quid adnumerem subdita monstra neci?
Non tamen haec rerum flectũt miracula Regem,
Non Pharios quicquam, perfida corda, mouent.
Sed magicũ accersunt murmur, sed vincula sẽper
Isacidum populis asperiora parant.
Scilicet haec Memphis, parat haec Aegyptia tellus,
Qua mage non vnquam perfida terra fuit.
Testis in Ambracio meretrix Regina profundo,
Indocilis Romae sceptra superba pati.
Testis in ingratis Antonius impiger armis,
Deq. Paraetonio signa vocata mari.

His

Hic Augustus agens Latio de littore classem,
Barbarica vidit caerula cana rate.
Femineos vidit ciuili Marte maniplos,
Vidit & instructas in sua damna manus.
Feruere Lucaten vidit cum palmula fluctus
Verberat, & ratibus stupea flamma fugit.
Missile cum loris, pennaq; volatile telum
Spargitur, & multa caede rubescit aqua.
Cyaneas vndis aduersas ire putares,
Et iuga littoreis bella mouere iugis.
Instant mole viri, turritis puppibus instant,
Pigraq; remigio castra abiegna citant.
Picta etiam curuis Centaurica saxa carinis,
Praelia vicinis ferre videntur aquis.
Sed Nilũ Cleopatra pete, & tua regna per aequor,
Non facit ad digitos ensis, & hasta tuos.
Omnis Arabs, omnis vertit iam terga Sabaeus,
Et trepidam recinunt patria sistra fugam.
Ipse etiam versus coniux Antonius hostes
Iam fugit, & vitam perditus ense fugat.
Pyramides inter Pharias iacet ecce Latinus.
Te ciet, & sociam caeca sub antra vocat.
Scilicet hic saeuis lugebis morsa colubris,
Hic dulci vitam vulnere pone licet.

Haec

Haec fuerunt olim; fuerunt cum barbara pellex
Pene tibi exitium maxima Roma tulit.
Pene peregrino Capitolia magna Canopo,
Pene tibi Meröe Roma tributa dedit.
Nimirũ haec Memphis, facit haec Aegyptia tellus,
Nil putat Aegyptus, perfida terra, nefas.
Huic tamen ò mundi culmen cõmitteris Infans,
Sic puer in duras cogeris ire plagas?
Quisque timet Meröe leges, ritusq; Syenes;
Qui sapit, Aegypti tela cruenta timet.
Sed tibi magne Puer sunt alta tonitrua praesto,
Sunt Superi praesto fulmina saeua Patris.
Vae tibi, vae nimium terris inuise Canope,
Vae tibi, ni recipis barbara Memphi Deum.
Ecce labat quassa trepidum testudine templum,
Ecce labant trepido perfida saxa tholo.
Signa cadunt, ductiq; cadunt è marmore vultus,
Nec potis est rectos ara tenere Deos.
Ipse etenim stratus casu stat Iuppiter Ammon,
Disiectumq; procul marmor Osiri tuum.
Et iacet Isis humo, iacet & latrator Anubis,
Et iacet aeternae fusile numen aquae.
Sit peccasse satis: Puero iam cede Sebennis;
Cede Deo Memphi barbara, cede Deo.

ME-

METANOEA

In Christi Saluatoris Obitum.

ELEGIA.

III.



VCIDA cum leni crispantur marmora fluctu,
Cum placidum clemens asperat ira salum.
Cum Notus Oetaeos adsibilat inter honores,
Et vaga coniferis ingruit aura comis.
Herbida lasciuo radens cum prata volatu
Cantat, & arboribus laeta recurrit auis.
Et pecus aequoreum, vasti gens humida ponti,
Cum fugit incerto, cum refugitq; mari.
O ego quae tacitis ineo certamina curis,
O ego quam duro vulnere dilaceror.
Quàm mihi letiferis stringuntur pectora telis,
Quàm facit introrsus saeua sagitta viam!
Scilicet infligunt animo periuria plagas,
Atque alit in venis conscia culpa metum.

Ah de-

Ah dolor: infidam plectunt sic crimina mentem,
Sic data plectuntur irrita vota Notis.
Iam pudet in patrium conuertere lumina caelum,
Et prece penniferos sollicitare choros.
Heu lacrymae: duro mens afflictatur ab ictu,
Et iacet, & plagas illacrymata fouet.
Vestra fides Superi: iusti quid flumina fletus,
Ad scatebras tantum quid reprimuntur aquae?
Ad scatebras reprimũtur aqua; stãt lumina sicca:
Nec potis est animus facta dolore queri.
Sancta Parens, si fixa mei tibi cura recursat,
E solio vatem despice Diua tuum.
Te duce cum dubijs olim iactabar ab vndis,
Temnebam reflui mille pericla maris.
Te duce cum supplex olim versabar ad aras,
Manabant oculis flumina larga meis.
O iterum madeant illis mihi lumina guttis,
Perq; oculos iterum defluat vnda meos.
Tu potis es largo perfundere gurgite malas,
Aridaq; in lacrymas vertere saxa potes.
Tu potis es chalybem confringere pectoris aegri,
Tu potis in fontes dissoluisse gelu.
Ipse equidẽ memini, mihi cum per corda cucurrit,
Cum dius liquido in pectore lusit amor,

Quã facilis lentas ederet mihi flamma medullas,
Quantus & ex oculis iret in ora liquor.
Quàm celeri varios potui percurrere penna
Caelituum cuneos, Caelituumq́ꝫ domos!
Et brutum superare globum sub inane iacentem,
Et potui melior me meliore frui.
Nunc quia non vror, solito non carpor ab igni,
Fletibus & siccae non maduere genaē;
Forsitan inuisus Caelestibus astra fatigo,
Atque preces surda negligit aure Deus.
Quid queror ah demens? illi placabilis ira est,
Semper & ad votum mitior illa venit.
Ipsa mihi testis vultum suffusa rubentem,
Quae riguo temerat Magdala rore genas.
Testis ab informi qui pendulus arbore fleuit,
Et de funerea tendit in astra cruce.
O vtinam primi sub lumina solis ouantis
Cras animo rursum pristinus adsit amor.
Namq́ꝫ ego cum sese referet lux aurea terris,
Et cristata diem mane vocabit auis;
Impiger eripiam languentia brachia lecto,
Eripiam somno corpora functa breui.
Et supplex affusus humo, genibusq́ꝫ volutans,
Sollicita nectam vota iterata prece.

Et re-

Et repetam quanto pro me labefactus amore
Diluerit fuso membra cruore Deus :
Et Iuuenem obsessum cernam fulgentibus armis,
Isacidumq; dolis, Romulidumq; manu.
Hic rapidas sensit turbas, hic stupea collo
Vincula, & illatas ad mala iussa faces.
Per fora, per coetus trahitur, perq; atria circum,
Perq; vias Solymae victima, perq; domos.
Et rapitur Latiae media in praetoria turmae,
Sontum vbi largifluo sanguine feruet humus.
Ah dolor: hic niueum, visu lacrymabile, corpus
Nudatum informi tingitur vsque nota :
Caeditur & loris grauiter, virgisq; salignis,
Et valida resonant verbera torta manu.
Iam liquido corpus perfusum sanguine rorat,
Sanguineo totum purpurat imbre caput.
Qualia sunt varijs illusa aulaea figuris,
Quas manus artifici Belgica pingit acu.
Haud alia est Iuueni discisso in corpore forma :
Quem ferias lictor, non erit ecce locus.
Sit peccasse satis; reliquo iam parce cruori :
Sat bibat è tanto flumine tanta sitis.
Ecce patet pectus, detectae & vulnere costae,
Sanguis & ad niueos labitur vsque pedes.

Qui lacerum videat corpus, viuumq́; cadauer,
Ille Dei vultus quaerat, & ille iubar.
Heu trabe quadrifida suspenditur: ecce labascunt
Viscera non vno dilaniata modo.
Quid referam frontem, suffusaq́; lumina tabo?
Quid dicam indigna pallida membra nece?
Quid putres oculos media iam morte natantes?
Pallentesq́; genas, oraq́; hiulca siti?
Quid scissas referam palmas, palmasq́; pedesq́;,
Tempora quid tortis sanguinolenta rubis?
Et iam caelestem suprema voce Parentem
Inuocat, & tremula sidera voce ciet.
Voce ciet Patrem, possit qua vincere cautes,
Qua possit ferri frangere duritiem.
Concutitur caelum, resonat nemus omne fragore,
Et refuga ad scopulos adsilit vnda maris.
Pallet & aspectu, trepidoq́; argentea cursu
Luna fugit, lucem ceteraq́; astra negant.
Inferiasq́; suo dat Cynthius ipse Tonanti,
Dum ferruginea tempora nube notat.
Ipsa etiam tellus lacrymas fudisse tepentes
Dicitur, & valido contremuisse sono.
Excitasq́; ferunt vmbras, tumulisq́; relictis,
Tecta per, & medias exululasse vias.

Sed

Sed mihi, dum memoro, ſerpunt in pectora guttae,
Et fugit in fluuios nix reſoluta face.
Imbre madēt tenero, lacrymarū & lumina gēmas
Suſpendunt, tacitas corde mouente preces.
Has mihi tu lacrymas iterum, tu maxima Virgo
Elicis ex oculis flumina ſalſa meis.
Nunc timor abſcedat turpis, triſteſq; querelas
Icario tradat ferre procella ſalo.

DE FESTO DIE Corporis Chriſti.

ELEGIA. IV.



AVDIA diuinae redeunt ſolemnia coenae,
Lux fuit haec noſtris condita nuper auis.
Cum cruor è ſanctā manauit fruge profuſus,
Cum ſacra non caſta ſunt temerata manu.
Ex illo tibi feſta dies, Pater, orbe quotannis
Extitit, & lauro limina picta virent.

Et tormenta cauo diffindunt nubila pulsu,
Et gemit in templo tortilis aere tuba.
Obuia sparijs vmbrantur compita circum,
Purpurat, & posito flore rubescit humus.
Et labyrinthaeos imitatur lympha recursus,
Fons vbi Daedaleas eiaculatur aquas.
Interea lustras Vrbes, & tecta reuisis,
Et bene triticeo conditus orbe lates.
Orbe lates paruo, maiestatemq; reducis,
Et radios mulces numinis vsque tui.
Tempus erit, cum flammiferi super ardua mundi
Lumine non parco conspiciendus eris.
Totus sole rubens, totus spectabilis astris,
Stellata totus cyclade sidereus.
Volue diem Titan, euoluite sidera cursum,
Vt videam superi lumina clara Patris.
Non etenim spectat viuus tua lumina quisquam,
Non istas viuus cernere possit opes.
Nec qui perpetua moritur sub nocte, micantes
Aspiciet radios numinis ille tui.
Ah ego, vt aspiciam, moriar Pater optime, vel te
Vt possim semper cernere, ne moriar.
Sed mihi sint tecum felici tempora cursu,
Tempora non vllo contemeranda die.

Non

Non humiles istic curae, non vilis egestas,
Non parit alternas menstrua Luna vices.
Non vitam durae rapit inclementia mortis,
Non properat celeri curua senecta pede.
Sed niuei sine labe dies ducuntur in aeuum,
Ducitur, & iugi flore iuuenta viret.
Culmina non istic rigida vestita pruina,
Aut nemorum duris brachia tunsa Notis.
Ast hilaris vernae patet indulgentia lucis,
Et rubet Assyrijs prodiga terra rosis.
Aruaq; luxuriant Zephyro foecunda magistro,
Subdita nec solito mollia prata modo.
Vmbrosumq; nemus, platanosq; per obuia nexas
Insilit, & grato carmine mulcet auis.
Atque quatergemini labuntur marmore fontes,
Lymphaq; per salebras irrequieta fugit.
Scena viret circum felici consita musco,
Siluaq; natiuas obstrepit inter aquas.
Stant circa Phrygijs vmbracula ducta figuris,
Citreaq; assurgunt fornice texta cauo.
Et domus argento, laeuiq; intermicat auro,
Materiamq; graui prouocat arte labor.
Succisaeq; micant Hyacinthi è rupe columnae:
Lubricus hic altum tollit iaspis opus.

Beryllus pedibus, pedibus calcatur Achates,
Crystallusq; amplas ornat aquosa vias.
In medio thymbrae spirant redolentibus auris,
Et casiae messes area mitis alit.
Sponte sua fruges, & sponte resurgit amomum,
Pullulat & nardi sponte renata seges.
Et modo Achaemenio frondescunt vimina costo.
Et modo de truncis balsama odora fluunt.
Illic ludit Amor diuinis percitus alis,
Atque nouem plaudit picta iuuenta choris.
Mille agitant festas per dulcia carmina luces,
Mille citant fidibus barbita, mille lyras.
Murmura tentantur labris, orisq; recursu
Flexanimo dispar stridet auena modo.
Dissimiliq; leuis variatur arundine cantus,
Et digitos inter aura sonora meat.
Scilicet his dabis vsque frui Pater optime quŏdā,
Scilicet haec nobis gaudia pacis erunt.
Spargimur interea lacrymis, ceu dicitur olim
Flesse Palaestinus ad Babylonis aquas.
Ah procul à patria via diuidit inuia longe,
Quàm patet à patrio limite terra procul?
Aspice, de truncis citharas suspendimus ornis,
Et de populeis Nablia muta comis.

DE

DE NATALI BEATAE Virginis.

ELEGIA.

V.



EMPORA laeta cano: caelesti fundit ab amne
Gratia diuitias officiosa suas.
Et nouus è caelo resupinat Aquarius vrnam,
Et cadit in nostras nectaris vnda plagas.
Quin etiam templis Pietas reuocatur apertis,
Quin redit in terras intemerata Fides.
Ipsa verecundas demissa Modestia luces
Ingreditur puro conspicienda sinu.
Pallentes suffusa genas, impexa capillum
Ardua caeruleis insidet illa rotis.
Et natam terris placido denunciat ore,
Quae videt hanc primum sancta Puella diem.
Dum venit, exoluit trepida formidine mundum;
Tradit & immites ferre procella metus.

Miscet

Miſcet & aethereos materno in pectore ſenſus,
Lactea cum genitrix membra reclinat anus.
O lene felicem tepidis veſtigia lymphis
Quae rigat, & roſeis imprimit ora genis.
O vbi brachiolis incumbet Virgo tenellis,
O vbi purpureos inferet illa pedes,
Thuriferis quicquid Panchäia nutrit arenis
Halet, & ad cunas cinnama odora fluant.
Barbarico ſurgant illic laquearia cultu,
Splendeat & viuo murice picta domus.
Bacca ſolo centena micet diſperſa rubenti,
Qualis Erythraeis concha renidet aquis.
Adde puer quaecumq; Cilix attondet in agris,
Quaeq; per Oebaliam Chloridos aura fouet.
Tuq; adeo noſtris allabere candida coeptis,
Et citharas anima dia Puella meas.
Tunc ego Mantois perfundere labra fluentis,
Tunc ego Caſtalijs immaduiſſe negem.
Non mihi Thebano contendat Muſa cothurno,
Non mihi Maeonio ſpiritus ore ſonet.
Noſtra Philetaeis non cedat pagina ceris,
Non iuuet Orphaeo pellere more fides.
Callimacho melior mihi nutet fronte corymbus,
Me minor Alceus pollice tangat ebur.

Rumpe

Rumpe moras Virgo: vernant mihi baccare crines,
Et percussa lyrae garrula fila tremunt.
Exere te duris latebris, & carcere caeco,
Et fugient nigro nubila tetra polo.
Te facilis natura vocat; felicior annus
Iam tenet incurua roscida mala manu.
Arboribus Pomona nitet, cui Virginis astrum
Tinxit amabilibus viuida labra rosis.
En tibi arundinibus vitis subnixa supinis
Feruida contextu temperat astra leui.
Et teretes viridi rutilant in palmite gemmae,
Et Methymnaea merce superbit humus.
Florea mobilibus lambuntur gramina riuis,
Atque iterum vernas explicat annus opes.
Non tot purpureae rident in littore conchae,
Non ita Sidonijs lana rubescit aquis.
Ergo age felices excepta luminis auras,
Inuisasq; diu rumpe Puella moras.
Cum venies, tibi plaudet ager, tibi sidera plaudẽt,
Et placidas hyemes ire iubebit amor.
Et pennata cohors diuina crepundia collo
Suspendet varijs irradiata notis.
Tunc mihi, tunc tardè serpat per mẽbra senectus,
Et veniat lento mors inimica pede.

Vt vi-

Vt videam puro flauentia saecla metallo,
Atque iterum prisca fulgere luce dies.
Quos noua de caelo veniens Astraea reducit,
Quos verso referunt cardine Solis equi.

BEATAE VIRGINI in Caelum assumptae.

ELEGIA. VI.



EGO Dardanios non ultimus inter olores
Ad tua Gethsemani busta beata ferar.
Forsitan hic putri consumam membra senecta,
Hàc erit & nobis forsan in astra via.
Quà modo per vacuum tranauit nubila Virgo,
Et sedet astrigero syrmate conspicua.
Ah repetis melior patrios Astraea penates;
Et repetis nostris forsan iniqua malis.
Interea duro vellis mihi pectora morsu,
Pectora diuinis icta cupidinibus.

Non

Non hederae molles, non serpunt lilia fronti,
Non mihi facundum Musa lacessit ebur.
Sed querula moestum testudine solor amorem,
Solor, & ad salices, mutaq; saxa loquor.
Nam mihi ad exactas iterantur spicula venas,
Et memor obductum vulnus acerbat amor.
Vidi ego Idumaeum currus volitare per orbem,
Cum vegetis primum Phoebus anhelat equis.
Vidi ego sidereos comites, nubemq; curulem,
Et cor in niueo sederat axe meum.
Esse procul, caelo falsis quoscumq; quadrigis
Inseruisse caput fabula prisca docet.
Alba Terapnaeo trahitur non orbita cycno,
Non Ariadnaeis lyncibus acta fremit.
Non roseae tigri spumant Gangedite bigae,
Frena nec armipotens ferrea mordet equus.
Non vehit horribilis vacuũ per inane chelydrus
Non trahit inuitas addita cerua rotas.
Axes Virgo tuos reparabilis incitat ales,
Ales ab exequijs iam renouata suis.
Illa olim indocilis Diuùm parere lupatis,
Illa tibi frenum debita cepit auis.
Sic sublimis abis: prohibent mihi nubila visum,
Et me sub dubio lumine fallit amor.

Quàm

Quàm caeleste micat, sanctae cui gratia formae,
Cui decor, & dius lumina pinxit honos!
Flaua peregrinis variantur tempora gemmis,
Quas creat Eoa discolor amnis aqua.
Et velut Assyrio quae lucent vellera fuco,
Tincta vel Oebalio murice labra putes.
Ipsa suos deflens risus, ciet humida guttas,
Quas bibit ambabus purpura viua rosis.
Sic tenerum curua sudat super arbore malum,
Cum cadit in virides roscida gemma comas.
Mitia, dum graditur, redolent opobalsama limbi,
Et croceus multo spirat odore sinus.
Et radiat stellata rosis, stellata lapillis,
Et niueum colli crine flagellat ebur.
Et sonat argento pallam diffusa crepantem,
Et nitida in gremio versicolore rubet.
Sic vbi lasciuus tremulis sol errat in vndis,
Et lux purpureis crebra recurrit aquis:
Caerula cum varijs pellucent aequora flammis,
Nec radios certus vibrat in amne color.
Aut vbi multifido leuis ambit nubila cinctu
Iris, & innumero circuit igne polum.
Aut vbi plena sui stellatae lumina caudae
Iactat, & in gyrum picta superbit auis.

Sic

Sic graditur, caeliq; intrans Capitolia victrix,
Accipit aeternae sceptra regenda domus.
O mundi Regina potens spes vna labantis,
O super aethereos Diua locata choros.
Te comitor supplex, votisq; sequacibus vltro
Astra super volito, caerula templa super.
O Nato sata Virgo tuo, pulcherrima Mater,
O Patris Genitrix vnica Virgo tui.
Cui vagus astrorum implexo diademate Phoebus,
Cui religant flauas sidera mille comas.
Cui niueis ardens radijs argentea fulget,
Lambit & auratos subdita Luna pedes.
Stellarumq; greges placito famulantur honore,
Et tenerum stringit lutea palla genu.
Et niueam decorant gemmantia lumina frontem,
Et sedet in roseis gratia rara genis;
Fusaq; virgineo splendet clementia vultu,
Splendet & ambrosio plurimus ore decor.
Te mare fluctisonum, nigri te nubila mundi,
Te fugiunt trifida fulmina missa face.
Te pluuiae fugiunt, densa te grandine nimbi,
Munere quos anni vitis onusta timet:
Te timet aeterno deuinctus carcere Pluto,
Te timet Infernae nauita tristis aquae.

Quin

Quin etiam sub te fuscis damnata tenebris
Nox latet, & vinclis subdita colla gerit.
Et tecum auricomo volitat lux candida tractu:
Illa per instabiles itq; reditq; vias.
Tu caeli reseras faciem bipatentis honoram,
Tu rutilum puro fundis ab ore iubar.
Qualis vbi tenera perfusus Lucifer vnda
Laxauit bijugis roscida frena suis.
Aut vbi nigrantem Tithonia terserit aethram,
Multifida facula, flammigeraq; manu.
Tum vegetus rebus remeat color; omnia rident,
Tum tremula lucent caerula salsa fuga.
Haud aliter tenebras longas post noctis opacae
Antiquum illustras candida Diua chaos.
Nunc etenim per te placido clementia caelo
Assidet, & puro fulget ab axe dies:
Ridet ager, vario rerum natura colore
Ridet, & aeterno flore coronat humum.
Aëriae volucres mulcent nemora auia cantu,
Scilicet & numeris frondea tecta mouent.
Garrula populea carmen Philomela sub vmbra
Integrat, & liquidis temperat ora modis.
Te caeli recinunt ciues, Dominamq; salutant,
Te recinunt doctis carmina mista lyris.

Alige-

Aligerum tibi mille chori, tibi Regia mundi
Semper iò festa voce triumphe canit.
Ergo age caelestes inter laetata triumphos,
Huc oculos etiam, sidera bina, moue.
Cernis vt infestis incanduit ignibus aether,
Vt calido sitiens sole dehiscit humus?
Cernis vt in proprio conflagrant omnia busto,
Vt moriens pluuio supplicat herba polo?
Aspicis vt vasto consistit in aequore Nereus,
Nec reuehunt curuas flumina sicca rates?
Vt fluuios armenta petunt, nemorumq; recessus,
Vt fugiunt Phoebi lucida tela greges?
Vt genus arboreum rimas contraxit hiantes,
Vt teneris languet pallida silua comis?
Non tibi floriferis contexere torquibus aras
Possumus, aut varia sternere fronde solum.
Nam virides myrti desunt, nam tonsile buxum,
Additaq; antiquis herba Sabina focis.
Hos aestus tu Diua potes depellere mundo,
Noxiaq; è terris tollere flabra potes.
Et placidum siluis alieno tempore frigus
Reddere, & è caelo praecipitare niues.
Sub te namque iacet genitabilis aura Fauoni,
Quiq; aperit Zephyrus tempora verna; iacet.

Annue: ad Exquilias humiles procũbimus aras,
Quà quondam aestiua canduit herba niue.
Tempore quo totis vesana Canicula terris
Bacchatur calidas eiaculata faces.
Ecce tuum Phyllis, Phyllis castissima templum
Prociduo supplex gaudet inire genu.
Ipsa facem manibus gestat, pictumq; tabellis
Fert votum, & tacito mussitat ore preces.
Iam neque purpureo depingit murice vultum,
Iam neque Achaemenio spargit odore comas.
Sed flauum obnubit nigro bombyce capillum,
Membraq; non solita mollia veste tegit.
Huc ades ò Virgo; precibus si flecteris vllis,
Flectere iam blanda Phyllidis alma prece.
Illa tibi sancta est; tibi pectoris intima fingit,
Et niuea semper virginitate placet.
Quippe fugit geniale iugum, taedasq; maritas,
Atq; odio foetae nomina matris habet.
Illa alios opulenta sinit donaria templis
Inferre, & titulis munera culta nouis,
Et Phrygias vestes, variisq; illusa figuris
Pallia, quae Diuûm candida templa tegunt.
Velaq;, & artifici splendentia pocula cultu,
Quaeq; parit rubri concha superba maris.

Et si-

Et ficto tabulas inductas murice, & auro,
Signaq; Apellaeis conspicienda notis.
Haec alios deferre sinit castissima Phyllis,
Negligit haec aris ponere Diua tuis.
Sed superat candore animi donaria Regum,
Moribus & vincit munera magna Ducum.



DE SVMMIS CALORIBVS, deq. Sancta Maria ad Niues. In Exquilijs.

ELEGIA. VII.



ADDVXERE sitim sextilis tempora Solis,
Et calidus medios aestus hiulcat agros.
Andromedaeq; Pater conclusas exerit ignes,
Et Canis, & Procyon rubra per astra furit.
Nec minus interea vesani stella Leonis
Impulit immites siccius ire dies.

Sunt, qui populeas vmbras, & frigora captent,
Quà facili surgit Tuscula terra iugo.
Quà Tepula argutum Farnesia Nympha susurrum
Saxa per, & salebras irrequieta eiet;
Sunt, quos rura iuuant, humentia rura Velino,
Aut Nar, aut colles terra Sabina tui.
Gramineoq; toros viridiq; in littore ponunt
Pocula cespitibus, cespitibusq; dapes.
Sunt quibus arrident sub montibus edita summis
Moenia Tiburno nobilitata patre.
Nuper vbi Zephyri dulci recreabar ab aura,
Et faciles duxi pura sub astra dies:
Illic valle caua splendent vineta reducta,
Vineta Ammineis inuidiosa comis.
Sibila vbi montes oleis vndantibus edunt,
Lenis & in viridi murmurat aura iugo.
Quid referam subiecta vrbi lata aequora campi,
Praecipitesq; vndas ò Aniene tuas?
Desilit hic subitò, subitò diffunditur vsque,
Et passim primas prodigus auget opes.
Tempora arundinea vestit muscosa corona,
Sustinet & grauida dulcia poma manu.
Ilicet illimis, nitidisq; argenteus vndis
Prata per, & segetes, per fruticeta fugit.

Nec

Non ità Mentoreis, Polycleti aut fusa caminis,
Aera vel à magno ductæ Myrone micant.
Non adamas tantum nitet, aut crystallus in auro,
Quae bene femineas clarat aquosa manus.
Huc iuisse ferunt olim Dryadasq; puellas,
Isse & Hamadryadum, Näiadumq; choros.
Et Satyros dicunt choreas duxisse fugaces,
Soluisse & tremulis ora ferina sonis.
Syluanos & monticolas, Faunosq; bicornes
Hic referunt festos concelebrasse dies.
Nunc etiam fluuium circa fert fama Napaeas,
Nectere in alternos brachia laeta modos.
Non tamen hic sistam proiecta lentus in herba,
Nulla addam citharis carmina, nulla lyris,
Non ita me tenuis percussit gloria campi,
Non mihi sic tenuis corda lacessit amor.
O vbi Mygdonio surgit de marmore templum
Virginis Exquiliae, fas sit abire fuga.
Subdita vbi aestiua canescunt arua pruina,
Terra vbi caelesti candicat alba niue.
O rerum non visa prius miracula terris,
O noua non Siculis edita monstra iugis.
Quà teritur nudum nullo cultore cacumen,
Quà pars fraxinea cetera fronde viret.

Quà mouet indigenas glomerabilis Aetna fauillas
Sidera quà temerant nube grauata diem.
Quà scopulos tormenta rotant arcana volantes,
Et pelagus trepidis pondera sentit aquis.
Quà furit, & semper Vulcanius ignis anhelat,
Et fax multiuago tramite quaerit iter.
Abdita sed quanquam tellus incendia nutrit,
Et calidam feruens aestus adurit humum;
Nix tamen alta iacet, tanti secura vaporis;
Cum glacie foedus flamma fidelis habet.
Talis in Exquilios alieno tempore colles
Nix cecidit, niueas inter habenda notas.
Cum Leo vesanit, vibratque Canicula flammas,
Ardet & in proprio feruida terra rogo,
Concreuit rapido glacies adstricta calore,
Constitit & pigrum Sole rubente gelu.
Scilicet hoc templis praescribitur area signo;
Quae colat aeterno Dardana Roma die.
Protinus exurgens venit sub nubila moles;
Nempe ita Liberius saxa locanda monet.
Ille nouos apices, & centum nixa columnis
Iussit Apellaeo tecta nitere modo.
Quae nunc Burghesius multo molimine Paulus
Auget, & antiquum duplicat arte decus.

Illi

Illi fausta precor diademata terna capillis,
Quaeq; regit valida sceptra Latina manu.



IN S. MARIAE MAGDALENAE lacrymas.

ELEGIA. VIII.



XERE *felicem patrio de limine gressum*
Magdala: praeportat omina laeta dies.
Exere: non ne vides quae te noua flamma maritat?
Et tibi qui melior vincula gestat amor?
Sed gemis: heu lacrymae, eheu singultãtia verba,
Verba quibus Scythiae rumpere saxa queas.
Ne dubita: non te roseos Hyperionis ignes
Femina nascentes clarior vlla videt.
Et quanquam niueus tibi flos elanguit olim,
Non eris hoc forsan Magdala clara minus.
Tu tamen ignauis torquens vestigia plantis,
Negligis ad citharas tarda venire meas.

[illegible] sub pectore curas;
[illegible] vulnera caeca foues.
[illegible] rumpis amoris,
[illegible] rumpere vincla potest!
[illegible] neglectae decorum
[illegible] laniata genas?
[illegible] capillos,
[illegible] comas,
[illegible] pallam,
[illegible] funus.
[illegible] cessere monilia collo,
[illegible] maris.
[illegible] non fulget iaspis,
[illegible] membra lapis.
[illegible] fletu,
[illegible] nox.
[illegible] flammas,
[illegible] eunt.
[illegible] litore Ganges,
[illegible] aquas.
[illegible] tempore veris
[illegible] Thermodoonte fluit.
[illegible] lacrymis, aut luctibus externata:
[illegible] aut miris extenuata modis.

Illa

Illa liquescit iò tabescit & anxia curis,
Ardet iò: remoue maxime Diue facem.
Namque ego te video viuas illi addere taedas,
Dum grauis ex oculis vndat in ora dolor.
Parce precor, quicũque faces, lacrymasq; ministras;
Nam lacrymis non hoc tempore finis erit.
In te dius amor melius cum diriget arcum,
Quos dabis heu fluuios Magdala, quas lacrymas?
Proh! quantus gemino riuus manabit ocello!
Candida proh quantus imbuet ora liquor!
Cum trabe quadrifida Iuuenem spectabis acerbo
Vulnere traiectum, pallidulumq; nece;
Aut cum moesta manus ad frigida brachia tẽdes,
Et roseo excipies pondera cara sinu.
Saepius aut laesum mirabere frontis honorem,
Fecerit aut quantas spina retorta vias.
Aut tremulis lambes hiscentia vulnera labris,
Et rapies teneris oscula mille rosis.
Aut caput incuruum manibus retinebis eburnis,
Atque labascenti candida crura genu.
Namque tibi talis spectabitur ille gementi,
Qualia sunt Tyrijs lilia picta notis.
Aut vbi deflexo rubicunda papauera collo
Demisere suum rore grauata caput.

Ah

Heu magis anxiferas nutris sub pectore curas?
Et magis vt tardas vulnera caeca foues.
Scilicet assueti qui vincula rumpit amoris,
Fortia quàm tardè rumpere vincla potest!
Sed venit. at qualis? sed quàm neglecta? decorum
Quàm non compta caput? quàm laniata genas?
Libera pendentes iam ventilat aura capillos,
Nec placet vnguento iam maduisse comas.
Et refluam sine lege iacit sub poplite pallam,
Et temerè effusos protrahit illa sinus.
Gemmea marmoreo cecidere monilia collo,
Displicet Eoi candida bacca maris.
Frons vacat, & digitis solitus non fulget iaspis,
Nec variat bicolor languida membra lapis.
Vtraque malarum liuescit purpura fletu,
Quas leuiter dudum myrrheus vnxit onyx.
Vibrat & ardentes oculorum pupula flammas,
Et magni lacrymae fluminis instar eunt.
Talis ab Aurorae diffusus littore Ganges,
Explicat auriferas imbribus auctus aquas.
Talis vbi in siluis primo nix tempore veris
Soluitur & pleno Thermodoonte fluit.
Ah misera, ah lacrymis, ah luctibus externata:
Ah gemitu, ah miris extenuata modis.

Illa

Illa liquescit iò tabescit & anxia curis,
Ardet iò: remoue maxime Diue facem.
Namque ego te video viuas illi addere taedas,
Dum grauis ex oculis vndat in ora dolor.
Parce precor, quicũque faces, lacrymasq; ministras;
Nam lacrymis non hoc tempore finis erit.
In te dius amor melius cum diriget arcum,
Quos dabis heu fluuios Magdala, quas lacrymas?
Proh' quantus gemino riuus manabit ocello!
Candida proh quantus imbuet ora liquor!
Cum trabe quadrifida Iuuenem spectabis acerbo
Vulnere traiectum, pallidulumq; nece;
Aut cum moesta manus ad frigida brachia tẽdes,
Et roseo excipies pondera cara sinu.
Saepius aut laesum mirabere frontis honorem,
Fecerit aut quantas spina retorta vias.
Aut tremulis lambes hiscentia vulnera labris,
Et rapies teneris oscula mille rosis.
Aut caput incuruum manibus retinebis eburnis,
Atque labascenti candida crura genu.
Namque tibi talis spectabitur ille gementi,
Qualia sunt Tyrijs lilia picta notis.
Aut vbi deflexo rubicunda papauera collo
Demisere suum rore grauata caput.

Ah

Heu magis anxiferas nutris sub pectore curas ?
Et magis vt tardas vulnera caeca foues.
Scilicet assueti qui vincula rumpit amoris,
Fortia quàm tardè rumpere vincla potest!
Sed venit. at qualis? sed quàm neglecta? decorum
Quàm non compta caput? quàm laniata genas?
Libera pendentes iam ventilat aura capillos,
Nec placet vnguento iam maduisse comas.
Et refluam sine lege iacit sub poplite pallam,
Et temerè effusos protrahit illa sinus.
Gemmea marmoreo cecidere monilia collo,
Displicet Eoi candida bacca maris.
Frons vacat, & digitis solitus non fulget iaspis,
Nec variat bicolor languida membra lapis.
Vtraque malarum liuescit purpura fletu,
Quas leuiter dudum myrrheus vnxit onyx.
Vibrat & ardentes oculorum pupula flammas,
Et magni lacrymae fluminis instar eunt.
Talis ab Aurorae diffusus littore Ganges,
Explicat auriferas imbribus auctus aquas.
Talis vbi in siluis primo nix tempore veris
Soluitur & pleno Thermodoonte fluit.
Ah misera, ah lacrymis, ah luctibus externata:
Ah gemitu, ah miris extenuata modis.

Illa

Illa liquescit iô tabescit & anxia curis,
Ardet iô: remoue maxime Diue facem.
Namque ego te video viuas illi addere taedas,
Dum grauis ex oculis vndat in ora dolor.
Parce precor, quicũque faces, lacrymasq; ministras;
Nam lacrymis non hoc tempore finis erit.
In te dius amor melius cum diriget arcum,
Quos dabis heu fluuios Magdala, quas lacrymas?
Proh' quantus gemino riuus manabit ocello!
Candida proh quantus imbuet ora liquor!
Cum trabe quadrifida Iuuenem spectabis acerbo
Vulnere traiectum, pallidulumq; nece;
Aut cum moesta manus ad frigida brachia tẽdes,
Et roseo excipies pondera cara sinu.
Saepius aut laesum mirabere frontis honorem,
Fecerit aut quantas spina retorta vias.
Aut tremulis lambes hiscentia vulnera labris,
Et rapies teneris oscula mille rosis.
Aut caput incuruum manibus retinebis eburnis,
Atque labascenti candida crura genu.
Namque tibi talis spectabitur ille gementi,
Qualia sunt Tyrijs lilia picta notis.
Aut vbi deflexo rubicunda papauera collo
Demisere suum rore grauata caput.

Ah

Heu magis anxiferas nutris sub pectore curas;
Et magis vt tardas vulnera caeca foues.
Scilicet assueti qui vincula rumpit amoris,
Fortia quàm tardè rumpere vincla potest!
Sed venit. at qualis? sed quàm neglecta? decorum
Quàm non compta caput? quàm laniata genas?
Libera pendentes iam ventilat aura capillos,
Nec placet vnguento iam maduisse comas.
Et refluam sine lege iacit sub poplite pallam,
Et temerè effusos protrahit illa sinus.
Gemmea marmoreo cecidere monilia collo,
Displicet Eoi candida bacca maris.
Frons vacat, & digitis solitus non fulget iaspis,
Nec variat bicolor languida membra lapis.
Vtraque malarum liuescit purpura fletu,
Quas leuiter dudum myrrheus vnxit onyx.
Vibrat & ardentes oculorum pupula flammas,
Et magni lacrymae fluminis instar eunt.
Talis ab Aurorae diffusus littore Ganges,
Explicat auriferas imbribus auctus aquas.
Talis vbi in siluis primo nix tempore veris
Soluitur & pleno Thermodoonte fluit.
Ah misera, ah lacrymis, ah luctibus externata:
Ah gemitu, ah miris extenuata modis.

Illa

Illa liquescit iò tabescit & anxia curis,
Ardet iò: remoue maxima Diue facem.
Namque ego te video viuas illi addere taedas,
Dum grauis ex oculis vndat in ora dolor.
Parce precor, quicũque faces, lacrymasq; ministras;
Nam lacrymis non hoc tempore finis erit.
In te dius amor melius cum diriget arcum,
Quos dabis heu fluuios Magdala, quas lacrymas?
Proh' quantus gemino riuus manabit ocello!
Candida proh quantus imbuet ora liquor!
Cum trabe quadrifida Iuuenem spectabis acerbo
Vulnere traiectum, pallidulumq; nece;
Aut cum moesta manus ad frigida brachia tẽdes,
Et roseo excipies pondera cara sinu.
Saepius aut laesum mirabere frontis honorem,
Fecerit aut quantas spina retorta vias.
Aut tremulis lambes hiscentia vulnera labris,
Et rapies teneris oscula mille rosis.
Aut caput incuruum manibus retinebis eburnis,
Atque labascenti candida crura genu.
Namque tibi talis spectabitur ille gementi,
Qualia sunt Tyrijs lilia picta notis.
Aut vbi deflexo rubicunda papauera collo
Demisere suum rore grauata caput.

Ah

Quà mouet indigenas glomerabilis Aetna fauil-
Sidera quà temerant nube grauata diem. (las
Quà scopulos tormenta rotant arcana volantes,
Et pelagus trepidis pondera sentit aquis.
Quà furit, & semper Vulcanius ignis anhelat,
Et fax multiuago tramite quaerit iter.
Abdita sed quanquam tellus incendia nutrit,
Et calidam feruens aestus adurit humum;
Nix tamen alta iacet, tanti secura vaporis;
Cum glacie foedus flamma fidelis habet.
Talis in Exquilios alieno tempore colles
Nix cecidit, niueas inter habenda notas.
Cum Leo vesanit, vibratq; Canicula flammas,
Ardet & in proprio feruida terra rogo,
Concreuit rapido glacies adstricta calore,
Constitit & pigrum Sole rubente gelu.
Scilicet hoc templis praescribitur area signo;
Quae colat aeterno Dardana Roma die.
Protinus exurgens venit sub nubila moles;
Nempe ita Liberius saxa locanda monet.
Ille nouos apices, & centum nixa columnis
Iussit Apellaeo tecta nitere modo.
Quae nunc Burghesius multo molimine Paulus
Auget, & antiquum duplicat arte decus.

Illi

Illi fausta precor diademata terna capillis,
Quaeq; regit valida sceptra Latina manu.

IN S. MARIAE MAGDALENAE lacrymas.

ELEGIA. VIII.



XERE *felicem patrio de limine gressum*
Magdala: praeportat omina laeta dies.
Exere: nonne vides quae te noua flamma maritat?
Et tibi qui melior vincula gestat amor?
Sed gemis: heu lacrymae, eheu singultātia verba,
Verba quibus Scythiae rumpere saxa queas.
Ne dubita: non te roseos Hyperionis ignes
Femina nascentes clarior vlla videt.
Et quanquam niueus tibi flos elanguit olim,
Non eris hoc forsan Magdala clara minus.
Tu tamen ignauis torquens vestigia plantis,
Negligis ad citharas tarda venire meas.

Heu magis anxiferas nutris sub pectore curas ?
Et magis vt tardas vulnera caeca foues.
Scilicet assueti qui vincula rumpit amoris,
Fortia quàm tardè rumpere vincla potest!
Sed venit. at qualis? sed quàm neglecta? decorum
Quàm non compta caput? quàm laniata genas?
Libera pendentes iam ventilat aura capillos,
Nec placet vnguento iam maduisse comas.
Et refluam sine lege iacit sub poplite pallam,
Et temerè effusos protrahit illa sinus.
Gemmea marmoreo cecidere monilia collo,
Displicet Eoi candida bacca maris.
Frons vacat, & digitis solitus non fulget iaspis,
Nec variat bicolor languida membra lapis.
Vtraque malarum liuescit purpura fletu,
Quas leuiter dudum myrrheus vnxit onyx.
Vibrat & ardentes oculorum pupula flammas,
Et magni lacrymae fluminis instar eunt.
Talis ab Aurorae diffusus littore Ganges,
Explicat auriferas imbribus auctus aquas.
Talis vbi in siluis primo nix tempore veris
Soluitur & pleno Thermodoonte fluit.
Ah misera, ah lacrymis, ah luctibus externata:
Ah gemitu, ah miris extenuata modis.

Illa

Illa liquescit io tabescit & anxia curis,
Ardet io: remoue maxime Diue facem.
Namque ego te video viuas illi addere taedas,
Dum grauis ex oculis vndat in ora dolor.
Parce precor, quicũque faces, lacrymasq; ministras;
Nam lacrymis non hoc tempore finis erit.
In te dius amor melius cum diriget arcum,
Quos dabis heu fluuios Magdala, quas lacrymas?
Proh' quantus gemino riuus manabit ocello!
Candida proh quantus imbuet ora liquor!
Cum trabe quadrifida Iuuenem spectabis acerbo
Vulnere traiectum, pallidulumq; nece;
Aut cum moesta manus ad frigida brachia tẽdes,
Et roseo excipies pondera cara sinu.
Saepius aut laesum mirabere frontis honorem,
Fecerit aut quantas spina retorta vias.
Aut tremulis lambes hiscentia vulnera labris,
Et rapies teneris oscula mille rosis.
Aut caput incuruum manibus retinebis eburnis,
Atque labascenti candida crura genu.
Namque tibi talis spectabitur ille gementi,
Qualia sunt Tyriis lilia picta notis.
Aut vbi deflexo rubicunda papauera collo
Demisere suum rore grauata caput.

Ah

Ah tibi quae lacero figentur spicula cordi!
Ah dolor: ah vitae stamina dissolues.
Ah quoties gemitus, atque interrupta ciebis
Carmina, votiua mistaq. verba prece.
Ah quoties vocis tibi responsabit imago
Flebilis, aerumnas commiserata tuas.
Hei miserae, clamabis enim, mihi lumen ademptũ,
Ah Deus; ah caeli splendor adempte mihi.
Scilicet erepta est mihi lux, mihi vita repente;
Erepta est oculis aura serena meis.
Quippe oculos tibi debebam, tibi lumina Diue,
Aut oculis si quid carius esse potest.
Et dices, dum conspicuis dabis oscula plagis,
O Deus vt ferri diffluat omne genus,
Non tamen hic finis lacrymarũ: heu quanta ciebis
Flumina, Massiliam cum viduata petes.
Huc vbi deuenies, in frondea tecta recedes.
Aptior heu lacrymis ille recessus erit.
Ibis, & in densa condes te Magdala silua,
Ibis, & impones pumice membra cauo.
Ite per & saltus nemoris, per & auia cerui.
Dum vacat; en Diuos postulat ista domus.
Hic veros alius cognoscet Marsya fletus:
Illa leui fuerat fabula ficta ioco.

Hic

Hic dolor erumpens diffringet claustra, nec vllum
Magdalis in luctu discet habere modum.
Et gemet, & guttae paulatim ex ore volutae,
In sola iam rapidae, praecipitesq; fluent.
Atque ita, dũ longos consumes Magdala menses,
Testis erit gemitus flebilis aura tui.
Testis erit quercus, quae siluis imminet atris,
Et centum è platanis extulit alta caput.
Antra tuos reddent, & muta silentia planctus,
Pectora cum silici concutienda dabis.
Nempe sub auroram, ponti cum leniter aequor
Murmurat, & scopulis adstrepit vnda cauis:
Aut cum clementer segetes exasperat albas
Eurus, & horrificat molliter aura nemus,
Hei mihi quae duces imo suspiria corde!
Quem referent saxo pectora plausa sonum!
Horrida cum gemitu resonabunt tesqua: sed ipsa
Non aderit luctum commiserata soror.
Ast erit in siluis qui nunquam fallit amantem:
O Deus, vt terges lumina saepe manu.
Sed me a te pigro retinent iam carmina questu,
Et dum vaticinor protrahis ipsa moras.
Nunc Iuueni praestet caecos aperire dolores,
Cui Deus in placido plurimus ore sedet.

Illi

Illi ne pigeat protendere brachia collo,
Oscula ne pigeat figere casta pedi.
Illum ne pigeat salso perfundere riuo,
Et madidum flauis tergere Diua comis.
Et teneras ad crura manus, & verticis aurum
Tendere, & humentis condere cruris ebur.
Ah ego ne viuam, tua ni vestigia sector,
Ni sequor, ah peream, quà mihi facta via est.
Ibo ibo, quà te celerem rapit enthea flamma.
Et stimulis quà te fortius vrget amor.
En curas dum moesta foues, ego nablia pulso,
Nablia singultus reddere docta tuos.
Ergo age: dum querulas impellam pollice chordas,
Ne dubita citharis flectere verba meis.
Et cane qua cura tantum cruciaris & aestu,
Qui dulcem lacrymis miscet amaritiem.
Hic ego te luctu longùm comitabor acerbo,
Et spargam largo sedulus imbre genas,
Pierides, ludo quae me reuocatis amato,
Desinite ad nostros turba venire modos.
Cernitis vt taxus frontis mihi damnet honorem,
Cernitis vt circum nigra cupressus eat?
Non solitae nostro pendent è vertice frondes,
Non vittata gerit laurea serta coma.

Sed

Sed tamen Aeolijs non cedunt squalida lauris
Tempora, nec maior Coë Poëta vires.
Tecum dū gradimur, tecū dum Magdala flumus,
Callimachi mussat muta Camoena minor.
Nil Alcaee tibi cedunt, nil nostra Philetae
Carmina, non solitos fundere docta sonos.
Quare age Magdalidis referamus Musa dolores,
Dictaq; femineis non iterata modis.
Illa dolore amens, & caecis saucia curis
Dicitur haec tenero verba dedisse sono.
Saltem Diue meis tumefacta tadentibus vndis
Excipe marmoreo flumina salsa pede,
Si toties iuuit dicenda, tacenda mouere,
Ah toties eadem collacrymasse iuuet.
Tu me caelestes egisti in luminis auras,
Vitalesq; mihi protrahis vsque dies.
Et potui fastu te laedere Diue superbo,
Teq; supercilio temnere Diue meo?
Tu mihi finxisti terras, pontumq; liquentem,
Et picturatis sidera limitibus.
Per te distinctis mihi peruolat aëra pennis,
Et sonat argutum gutture carmen auis.
Per te squamigeri mihi findunt aequora pisces,
Et natat in rubro plurima concha mari.

Per te Diue mihi repunt animantia terris.
Et quadrupes cornu pulsat equina solum.
Per te deciduo mihi sudant nubila rore.
Per te Memnonio lucet ab axe iubar.
Per te concipiunt genitalia semina rerum
Quicquid in aethereas elicit aura plagas.
Et potui mentem tua ferre ad iussa rebellem.
Et leges potui praeteriisse tuas.
Tu mihi tellurem viola distinguis & herba.
Tu vepreta mihi pingis acuta rosis.
Tu mihi de teneris albescere lilia nodis.
Et tumida gemmas surgere vite iubes.
Tu mihi pacatum diffundis lumine caelum.
Tu mihi das verna luce nitere diem.
Tu lenes animas vario de limine mittis.
Seu Zephyri ductas cardine, siue Noti.
Teq. auctore nouo tellus mihi sole tepescit,
Et reuiret teneris myrtea silua comis.
Dum sitiunt herbae, Nilus, te dante, magister
Arida foecundis arua maritat aquis.
Tu rapido cogis stellata volumina cursu,
Vt varias mutent tempora certa vices.
Tu segetum flauas campis inducis aristas.
Inficis & viuo Punica mala croco.

Haec

Haec ita largifluo per te mihi munera cornu,
Et sic ingentes insinuantur opes.
Per te firmatis sisto vestigia plantis,
Et moueor iussu non renuente tuo.
Et potui (heu lacrymae) dulcis pro munere vitae
Reddere tam saeua vulnera dura manu?
Et potui vanis tua credere dona procellis,
Et potui numen fallere Diue tuum?
Hei miserae: immitis nostro quae cura dolori,
Componiq; meis vulnera caeca queant?
Lumina perpetuos lacrymarum ducite riuos,
Lumina fucatis exaturata bonis.
Tu praedura manus foeda mihi pectora pugnis,
Pectora nequitijs contemerata meis.
Ite leues, volitate comae sine lege per auras:
Ite meae quondam vincula dura comae.
Ite tori, recubate caui sub pumicis arcu,
Ite tori molles, crimina nostra tori.
Membra peregrinis inducta liquoribus ite,
Et macie vestras attenuate niues.
Iam vos non Indo puluinar dente politum,
Nec Cilico excipient vellera tincta croco.
Lingua meae quondam iuueni male nuncia curae,
Sis bene iam noxae nuncia lingua meae.

Ora

Ora venenatos aconiti tangite succos,
Tangite Colchiacis gramina lecta iugis.
Labra reluctanti libate absynthia sensu,
Trita cupidineis mollia labra iocis.
Ite pedes celeres inter spelaea ferarum:
Vix notum volucri tangite culmen aui.
Certum inter siluas, rigidi prope littoris oras,
In sola tristes ducere valle dies.
Hic voces resonare meas querceta docebo,
Et ducam indomitas ad mea verba feras.
Tum tenera nostros incidam stirpe dolores,
Creuerit haec; vnà creuerit ipse dolor.
Iam mihi per saltus videor, pinosq; sonantes,
Atque sub vmbriferis ire per arua comis.
Hic ego dum rapido cantat frondator in aestu,
Lenibus inflecto tristia dicta modis.
Hic viridi raucae ludunt sub rupe palumbes,
Hic sociam turtur gaudet adesse suam.
Agnaq; lacte mero mentem perculsa nouellam
Atterit instabili mollia prata pede.
Hic choreis laetus sua lustrat Maenala pastor,
Cui leuat aerumnas docta cicuta sono.
Hic emissa cauis fruticosa per aequora, campos
Sedula floriferos depopulatur apis.

Hic

Hic maria arrident dulces imitata cachinnos,
Et tremula lucet diſcolor vnda face.
Cuncta ſuo tangit ſenſu natiua voluptas,
Et Sol aethereo cuncta lepore beat,
Atque alios ſomnum compellit inire ſuſurrus,
Ponere & in viridi molliter oſſa ſolo.
Me tamen interea morſu dolor angit amaro,
Et grauior lacero in pectore cura ſedet.
Duraq; non ceſſant animo ſuſpiria noſtro,
Nec tepidis ceſſat mobilis humor aquis.
Ilicet; exiguo permittam brachia ſomno,
Vt redeas oculis largior vnda meis.



DE SANCTO LAVRENTIO Martyre.

ELEGIA. IX.



EGVM Roma parens Laurentibus inclyta tectis,
Inclyta Mygdonijs Romula terra focis:
Barbaricas acies superaras Marte Latino,
Nulla tuum quondam fugerat ora iugum.
Marmaricae victae gentes, pulsusq; Niphates,
Versa solo Hyrcanum, Gangaridumq; domus.
Iam manibus ductus vinctis post terga Iugurtha,
Et Thrax Ausonio cesserat arma solo.
Iam Leleges fracti bello, domitiq; Geloni,
Atque sagittifera Parthus vterque manu.
Et gens quae Scythicas spectabat frigida turres,
Et quae Niliaci conscia fontis erat.
Vna tuis deerat tam magnis gloria Regnis,
Vt premeres Latio colla superba Ioui.

Et tibi, Dis victis, domitisq; penatibus Vrbis,
Necteret augustas laurus honora comas.
Hoc tibi ne desit, medio Laurentius igne
Exitit; & lauro tempora vincta gerit.
Ecce triumphatis Diuûm Capitolia turbis,
Intrat, & imbelles cogit inire Deos.
Non ita Scipiadas gens Dardana vidit ouantes,
Vrbis Agenoreae cum domuere Duces.
Non ita Pompei vidit, non Caesaris axes,
Indica ques rapuit strata per ampla fera.
Tu licet & terris felix domineris, & vndis,
Ipsa tamen pateris nescia Roma iugum.
Quid iuuat Eoas adiungere finibus Vrbes,
Et trahere ignotas in tua iura domos?
Quid toties superare omnis molimina terrae,
Romulaq; indomito ponere iura mari?
Frangere quid bello Garamãtas frãgere & Indos,
Et valido crudos ense domare Getas,
Si facis Inferni crudelia iussa Tyranni,
Si Stygio subdis colla premenda Duci:
Si turpes venerare feras in imagine saxi,
Si facis obscuris impia vota Deis?
Quid iuuat aeratas in praelia mittere turmas,
Quae bene post Cannas infremuere magis?

Quid geminas cum sole manus dispergere, & alto
Vertice sidereas tangere pene plagas?
Scandere quid victis Capitolia celsa Sicambris,
Mauraq; Tarpeio figere signa tholo?
Quid iuuat impositas septenis collibus aras
Consulere, & muto ponere vota Ioui?
Ah pereat tandem tam foedi sanguinis aetas,
Et redeant auro saecula fusa nouo.
Totis crede olim melius celebrabere terris:
Vinces Laurenti Roma superba duce,
Cum tu fana Deûm flammis vltricibus vres,
Cum Tybridis vanos obruet vnda Lares.
Tunc etenim summo ditionem aequabis Olympo,
Tum poteris caeli pandere templa tuis.
Tunc tibi gemmiferis fluuius Nabathaeus arenis,
Aurifera assurget turbidus Hermus aqua.
Haec bene Laurenti debetur laurea: fronde
Non alia tempus cingere vtrumque decet.
Ecce super flammas, ferrataq; saxa locatus,
Gestit, & Ausonium poscit in arma Iouem.
Et crepat, ardenti laurus velut vsta camino,
Et velut antiquis herba Sabina focis.
Stabat in extructis prunis interritus ille,
Et dabat immiti membra cremanda rogo.

Aethe-

Aethera lambebat ſerpentibus vndique flammis,
Fumus, & intortis ibat in aſtra globis.
Circum acies glomerat ferri mucrone coruſca,
Et pyra ſtat denſis ſepta ſatellitibus.
Voluitur ille toro manibus poſt terga reuinctis,
Nec rapida ſentit vulnera inuſta manu.
In medijs recubare roſis, in murice viſus,
Et premere Aſſyrio vellera tincta lacu.
Sic inter, pueri Iſacidae, luſere fauillas,
Quos timuit refuga pallida flamma face.
Aſpera nam vario ſtreperet cum buccina cantu,
Et caneret duri ſigna colenda Ducis;
Supplice non habitu flexerunt corpora Signo,
Votaq; mendaci non ſoluëre Deo.
Illos eſt veritus iuuenes Babylonius ignis,
Nec potuit teneras vrere flamma genas.
Quanquam rauciſono bacchatur vertice fornax,
Totus & incluſo murmurat igne locus.
Et ſuperat ſparſis nigrum Phlegethonta fauillis,
Sternit & adſtantum corpora mille virùm.
Scilicet afflantur diuini numinis Auſtro,
Frigerat & medios aura ſerena rogos.
Picta illi per prata velut iam ludere certant,
Et velut ad riuos praetereuntis aquae.

Aeterno recinunt Patri per carmina laudem
Carmina Caelicolis emodulanda choris.
Non secus ardentes Laurens impune fauillas
Comprimit, & placidis explicat ora modis.
Robora sufficiant quamuis incensa ministri,
Non tamen haec medio Laurus in igne perit.
Quin mage diuinum de vertice fundit odorem,
Qualem Arabis afflant addita thura focis.
Ilicet immites taurinis follibus instant,
Vstaq; Laurentis forcipe membra mouent.
Non ita sub speculus, si vera est fama, Sicanis
Mulciber informat tela rotanda Ioui.
Cum vastis clausus fornacibus aestus anhelat,
Cum faber alternis ictibus aera domat.
Cum fluit aes riuis, quassisq; incudibus antrum
Ingemit, & multo diffluit igne chalybs.
Cum manibus Steropes festinus, & arte magistra
Accelerat Stygio tingere tela lacu.
Haud aliter iussus, Decio mandante, satelles
Subijcit accensas, terq; quaterq; faces.
Sed Iuuenis toto connixus corpore, vires
Colligit, & flammas despicit vsque nouas.
Prouocat ille cruces, atq; increpat ore Tyrannum:
Non satis est tanto quod coquis igne latus.

Verte

Verte latus, dixit, lacera Getula leaena;
Imprime letiferas vngue rigente notas.
Mille etenim periisse modis per vulnera dulce est.
Dulce per & flammas sic potuisse mori.
Non adiges Marti, mutoue litare metallo,
Non lapidi surdas me geminare preces.
Tota ego si videam dilabi moenia mundi,
Si videam toto tela volare polo.
Tum caelum aspiciens, versisq; ad sidera palmis,
Quas manicis nuper soluerat ignis edax;
Arbiter ò mundi, terrarum conditor, inquit,
Hosce colet semper Roma sup rba Deos?
Ecce Ioui ante aras sceleratos soluit honores,
Atq; adolet Marti mascula thura patri.
Iliaci ritus inter tua sacra coluntur,
Quos ratis Ausonio Dardana vexit auo.
Palladium colitur; colitur lucentibus aris,
Troiugenas inter condita Vesta Lares.
Illi etiam Pario splendent è marmore templa,
Cultaq; virginea prisca sacella manu.
Semper & incensis halant altaria donis,
Et iacet ante suos victima caesa focos.
Nec minus omnigenũ circa stãt monstra Deorum,
Romulidum surda monstra vocata prece,

Febris adoratur, casto pro numine, Febris;
Illa etiam caelo pestis habenda fuit.
Ah pudor, insanae stant aurea signa Lauernae,
Et meretrix inter Flora pudenda Deas.
Versicolor Latios colitur Pomona per agros,
Blandaq; triticeis addita Seia comis.
Nec minus obscuro diues Feronia luco,
Cui medio cumulant Anxure sacra boues.
Impexosq; aurum crines, gemmaeq; coronant,
Velat & argento lucida palla pedes.
Cetera quid dicam? saxis Agrippa dicatis,
Marmorea sepsit Numina cuncta domo.
Horum templa Pater telo iaculare trisulco,
Et quate turbinea signa superba face.
Semisepulta solo bifidis feriantur aratris,
Nataq; suffossos occulat herba Deos.
Tu potes extemplo tonitru caelum omne ciere,
Et demoliri culmina ab axe potes.
Et potes ardentes torquere in nubibus hastas,
Perdere & antiquos fulminis igne tholos.
Quin validis Michaëlem armis, galeaq; potentem,
Vltorem aetherea mittis ab arce Pater?
Ille bene informes nouit pepulisse Cerastas;
Scit bene fulminea tela ciere manu.

Vincere Centauros nouit, Scyllasq́ biformes,
Arduaq́ Infernis bella mouere feris.
Nota tibi virtus, notae sunt militis artes,
Cum patrio Aligeros expulit ille polo.
Tempore quo facie formosus, & igne coruscus
Lucifer infestis ibat in astra choris.
Ausus Hyperborei fines inuadere caeli,
Et petere aeterno sceptra regenda Patri.
Scilicet hunc Michaël geminato fulmine ductor
Strauit, & Infernos iussit adire lacus.
Hic vbi post tergum nodis deuinctus ahenis
Clauditur, & manibus vincula torta gerit.
Nec potis est caecis inuadere viribus astra,
Nec potis est tenebris eripuisse caput.
Et tamen erupit, nigroq́ elapsus ab Orco,
Occupat Oenotrij fana superba soli.
O iterum moueat Michaël victricia quondam
Postibus aetherae signa refixa domus.
Instruat ille acies, fidosq́ per astra maniplos
Victor, & indomitos cogat abire Deos.
Ille iterum validis se misceat asper in armis,
Qualis erat rutilis asper in arma iubis.
Conterat & nigras caelesti milite turmas,
Caecaq́ Tartareos cogat in antra choros.

Haec

Haec ait. & multo lambebat sidera fumo
Ignis, & appositum flamma cremabat onus.
Sed bene succensis exultat laurea flammis.
Semper vt auspicio candidus annus eat.
Et ventura monens placido sic ore profatur:
Noscere nam dederat posse futura Pater.
Affore iam video Regem, Latiumq; Parentem,
Qui Romae impuros non sinat esse Deos.
Iam Constantinus Licinum per bella fatigat.
Iam fert sanguinea rapta trophaea manu.
Iam Crucis auspicio Maxentii tela refringit,
Iam spolia aëriis figit optima tholis.
Impia iam miseram ducunt delubra ruinam,
Et Superum surgunt templa operosa Patri.
Scilicet effossis scrobibus fundamina ponit
Romuleus Ductor, primaq; saxa locat.
Subuectatq; humeris terram, fulcitq; columnas,
Et Pario sacrat marmore templa Petro.
Ille suo capiti figit crucis aurea signa,
Nec pictum gemmis iam diadema velit.
Non colet insanos melior tunc Roma Penates
Quin etiam portus relligionis erit.
Nubila quà tangit surgens obeliscus in auras,
Fixaq; Caesareos meta coërcet equos,

Can-

Candida consurgent pilis monumenta quadratis,
Quae Pharium vincant, quae Babylonis opus.
Turris ad Exquilias culmen quà conserit astris,
Tectaq; Martigenae despicit alta Remi;
Vnde Nero iniectos spectauit perfidus ignes,
Ilion, ardentes concinuitq; domos,
Septenis modulans fidibus discrimina vocum,
Argutaq; sonans Pergama lapsa lyra;
Huc Nonis video sextilibus axe rubenti
Colle super viridi conglaciasse niuem:
Tramite quae toto purum praetendit amictum,
Et sola candenti subdita veste tegit.
Illic marmoreo veniet sub sidera moles
Pondere, quam teneat, praeside matre, Deus.
Nam Pater Ausonius, Latias qui possidet arces,
Impresso teneram vomere signat humum.
Praescribitq; locum templis, & marmora circum
Ponit, & ante aras candida signa locat.
Quin vbi culta Venus, fusúsq; ex aere Cupido
Concutit ardentes terq; quaterq; faces;
Semper vbi varijs cumulantur floribus arae,
Semper vbi multo sanguine candet humus;
Templa Crucis saxo radiabunt structa vetusto,
Illa Helenae magnae templa locata manu.
Sic

Sic memorat, vocemq; premit; nec dicta canentis
Irrita penningeri distulit aura Noti.
Euenere: Deûm pubes Romana cohortes
Vidit, & eiectos claustra sub atra choros.
Vidit & abruptis templorum molibus arces,
Vidit & obscuro signa iacere solo.
Quid gentes vexasse pias per tela, per ignes
Profuit, & cruda sternere caede viros?
Cana Fides celebrat sopitis otia bellis,
Otia Saturno non celebrata Duce.
Splendet in Exquilijs aedes viridissima cultu,
Marmoribus semper splendet ab arte nouis.
Ardua quae magnus iubet in fastigia Paulus
Ire Parethonijs marmora secta iugis.
Stant Vaticani structae sub collibus arae,
Et vario in nubes ducta labore domus.
Hic vbi tergemino Tyberim sub ponte sonantem
Romuleus Latio frenat in orbe Pater.
Nec tantũ Oenotriam pressit, domuitq; Latinos,
Sed super Eoos protulit imperium.
Nam cũ conspicuus (non longa est fama) Sacerdos
Gregorius gereret sceptra verenda manu,
Adfuit extremas qui findit Iaponis vndas,
Qui colit ignoto condita saxa mari.

Ille

Ille Patris magni pedibus, genibusq; volutans
Accepit populis iura colenda suis.
Quiq; per exactos non ulli est cognitus annos,
Agnouit trepido Dardana regna metu.

DE S. LVDOVICO REGE cum copijs contra Barbaros proficiscente.

ELEGIA. X.



VMITE tela viri: magni
sunt iussa Tonantis,
Sumite: sunt Galli mollia
iussa Ducis.
Ille vocat pugnas, & classes
milite complet,
Et mouet Eois bella cruenta plagis.
Si bene succedat, decus indelebile facti
Semper erit vobis, gloria semper erit.
Longa dies Gallos, & sera fatebitur aetas
Deiecisse armis, perfida corda, Syros.

Moenia

Moenia si sancta, & diues capietur Idume,
Istud opus semper fama loquetur anus.
Nil poterit Celtae vestra non vincier arte,
Non mare, non vobis terra negabit iter.
Rupibus obsepta, & scopulis licet vndiq; tuta;
Omnia sint quamuis milite clausa fero.
Gallia iam potuit fines proferre patentes,
Pressit & Oenotrium sub ditione solum.
Insubresq; vagos, sparsasq; sub Alpibus Vrbes,
Editaq; aërijs Cottia saxa iugis.
Appula quid dicam, contermina fluctibus arua?
Quid tua Parthenope tecta beata canam?
Quid Triquetros dicam sulcis felicibus agros,
Quid Siculis dicam mobile marmor aquis?
Quid dicam validis emensum classibus aequor,
Dirutaq; intonsi Delphica templa Dei?
Templa auro, & gēmis nitida, insectoq; elephanto,
Laeuiaq; argento praeda fuere tuis.
I pubes, belli dubijs exercita rebus,
Qua te cumq; vocant inclyta facta Patrum.
Maiores potuere Asia componere sedes,
In media, & felix addere nomen auis.
Et dites domitare Syros, Solymosq; rebelles,
Asserere & forti Busta verenda manu.

Testis

Testis Gotfridus Celtarum gloria gentis,
Gallia, Gotfridus gloria prima tua.
Vidit arenefis illum procurrere campis
Barbarus, & trepidam ferre per arua necem.
Et flauds quassare iubas, galeamq; coruscam,
Et valida circum tela rotare manu.
Quantus ad Oetaeum quõdam Tirynthius ignem
Distulit in gyrum terq; quaterq; Lycham.
Latum limitem agit ferro, passimq; relinquit
Plurima per campos corpora, perq; vias.
Omnia secum vnà rapit obuia corpora tractim:
Et necat, & gladio proxima quaeq; metit.
Ardet caede noua semper, Solymaeq; Tyrannum
Euocat, & solum solus in arma velit.
Certus inest telis ictus, siue hasta per orbem
Aere cauum, seu per linea texta volat.
Seu valido neruis intorquet spicula cornu,
Seu chalybem durum fulminat ense super.
Talia per latos ferus edit funera campos,
More furens ductor praecipitantis aquae.
Aut quantus turbo reboantibus aethere nimbis,
Cum renouant Cauri praelia dura mari.
Cornipedem regit ingentem, quàm magnus Orion,
Cum pedes incedit per tua regna Thetis.

Ille

Ille viam secat, atque humero supereminet omnes,
Dextera & in valida robora querna gerit.
Sic Gotfridus abit, pecora inter inertia qualis
Tigris, & excurrit corpora caesa super.
Et Solymae muros magno quatit inde molari,
Nec mora: concussu moenia victa cadunt.
Ilicet in templum concurritur, ilicet omnis
Victor io ad tumulum voce triumphe canit.
Sacra facit, geminatq; preces pius ore Sacerdos,
Miles & exoluit debita vota Patri,
At quota Gallorum fuerat pars, illa iuuentus?
Se patrio tenuit limite nulla domus.
Crediderim totas effusas finibus Vrbes,
Oppidaq; antiquos deseruisse lares.
Conueniunt subito Proceres, atque excita turba
Non potis est vllo se cohibere loco.
Lumina praeportant Martem, Martemq; necemq;:
Mens vna, & vox est omnibus vna sonans.
Ire iuuat, iuuat ire omnes, iuuat arma mouere,
Atque animam pulcra ponere morte iuuat.
Oppida, tellurem, patriam, camposq; feraces,
Natalisq; domus linquere tecta placet;
Aspera Mauortis crudi bella, aspera bella
Poscere, & extremo claudere fine diem.

Ilicet

Ilicet ad dubiae discrimina dura palaestrae:
Non bellum, aut belli fulmina saeua timent.
Frangit enim, tollitq; animos in milite causa,
Quae si iusta subest, asperat ira minas.
Non secus in siluis primo cum frigore brumae
Decutiunt platani flabra seuora comas.
Aut cum maturae quatiuntur ab ilice glandes,
Hybernaq; ruit nubibus imber aqua.
Sic iuuenes studio veniunt, sic arma requirunt,
Sic pugnae iustus tela lacessit amor.
Adsunt Tectosagae, genus intractabile, Celtae,
Et qui Sanctonicis cultor inerrat agris.
Qui Mosam, & sparsis colit arua virentia ripis.
Qui colit Aruernum, Vangionumq; solum.
Huc celebris coëunt nitidissima rura Tolosae,
Quiq; Obrim, aut Athacen, Illiberimq; bibunt.
Qui Rhodanum potant, liquidiq; fluenta Garūnae,
Quiq; Pyrenaeis desiluere iugis.
Carnotum, & flaui Iuuenes, flauiq; Sicambri,
Bellouaciq; habiles sollicitare Notos.
At te magne canam Ductor Martelle, ruentem
Qui premis Abderamā, barbaraq; arma fugas.
Non illum mediis dubitauit perdere campis,
Atque suo populos pellere fine vagos.

Et patriam multo tepefecit sanguine terram.
Fluminaq; oppleuit magna cadaueribus.
Caesorumq; altis vallem cumulauit aceruis,
Nullus vt ad patrios nuntius iret agros.
Haec placuere olim; sed nunc Ludouicus ad arma
Excitus, illa iterum bella nouare parat.
Ite, armis aperite viam, quà barbarus hostis
Se tenet, & multo milite sepit iter.
Otia sint alijs, vitaeq; obliuia cordi,
Arma decent Gallos, fortia facta decent.
Ecce Deus sese vobis comitemq;, Ducemq;
Exhibet, & stimulis pectora pigra citat.
Subijcit ille faces, animosq; accendit in iras,
Ille suas vestro Marte reposcit opes.
Ite; Deo bellate Patri: vos fortia fortes
Bella decent Galli, sed pia bella decent.
Se primus Ludouicus agens, supereminet omnes
Quò magis; hoc armis eminet ille magis.
Iucundusq; suis, nec formidabilis ulli,
Militiam castè, belliq; rite colit,
Flagitijs poenas statuit pro crimine; at irae
Delet inoffensi pectoris ille notas.
Ergo agite, & Iuuenem multa stipate caterua,
Cui bellare Deo fortia bella placet.

Vos

Vos alacres capite arma manu, vos fortia fortes
Bella decent, Galli; sed pia bella decent.



IN SANCTI LVDOVICI expeditionem ad Christi sepulcrum à Barbaris asserendum.

ELEGIA.
XI.



VI pelago primus volitantem flamine currum
Credidit, hunc Siculis expuit vnda fretis.
Ille gradus docuit letum properare morantes,
Et facilem mortis quaesijt ille viam:
Qua Ludouice fugis Syrtes aditurus iniquas?
Hic bene tractabis sceptra paterna manu.
Non te Hyades tristes, nō mōstra natantia terrent
Non quae sunt Libyco multa pericla mari?
Quid iuuat indigno tantum indulgere labori,
Quid iuuat infido tradere vela Noto?

Punica claustra tibi, capiendaq; littora portus,
Quae valida miles cum statione tenet.
Et Tunetana Vrbs densa est expugnanda corona,
Moeniaq; inuictis eripienda viris.
Scilicet huc patria Poenus migrauit ab vrbe,
Vidit vbi hostili tecta cremata face.
Illic reliiquiae resident Carthaginis altae,
Et Tyrijs nullo tempore certa fides.
Spirat adhuc populus caedes è caede superstes.
Ille etiam spirat bella cruenta cinis.
Et fluctus nostris concurrunt fluctibus Afri,
Bella mouent etiam littora littoribus.
Quid vada commemorem vicina feracibus aruis,
Quae Pelusiacis Nilus opimat aquis?
Quid Pharon, & Pharijs obiectum finibus aequor,
Ostia quid dicam magne Canope tua?
Quid portus, Vrbemq;, cadens quam ditat Orontes,
Spargit vbi validus fortia tela Syrus?
Haec adeunda tibi discrimina: forsitan illic
Nunc etiam gladios in tua damna parant.
Delitiae ecce tuae, tua Gallia, maxima Regna,
Ecce tui colles, terra beata tua.
Hic tepidi soles, & hyems placidissima veris,
Et ducti semper sunt sine labe dies.

Se-

Sequana per campos fugit hic argenteus undis,
Hic vitreus serpit, caerula lympha, Liger.
Hic Arar, hic Rhodanusq́ fluũt, liquidusq́ Garũna,
Obstrepit hic lento murmure mitis Athax.
Quod si tantus amor peregrinum inuadere littus,
Teq́ iubent Superi regna aliena sequi.
Tu caeli Regina, hominum fidissima custos,
Ad patrios Regem, Virgo, remitte lares.
Affer opem praesens; Libyae ne barbarus hostis
Tam sanctum possit sternere caede caput.
Ille tuos si saepe Parens persoluit honores,
Si quondam addixit seq́ suo q́ tibi,
Serua hominem nobis, caeli Matrona; cadenti
Non te poeniteat supposuisse manum.
Ecce tuus rigidum Ludouicus fertur in hostem,
Cogitat & refugum sollicitare fretum.
Europam, ditemq́ Asiam, Libyamq́ patentem,
Et Syriam celeri flectere classe parat.
Et rapere inuicto meditatur milite bustum,
Condidit exanimis quo sua membra Deus.
Ite duces, densa Regem stipate corona,
Et pia concordi iungite tela manu.
Vos bona causa mouet, Gallae quae pectora pubis
Muniat: & pietas, Relligioq́ mouet.

Cernitis Aegyptum, Syriae spectatis & arua,
Atque Palaestini iugera magna soli?
Illic dedecorũ maculae, & genus omne malorum,
Et dicta in Superum verba tacenda Deum.
Quin etiam templa ipsa manu subuersa nefanda,
Et foedè ex aris hostia sustà sacris.
Et calcata solo, raptusq; in vincla Sacerdos,
Dum facit, & puro concipit ore preces.
Heu lacrymae: tellus populos sic barbara nostros
Compede constringat, seruitioq; premat?
Semper & assuetas deturbet honoribus aras,
Et Christum, & Superos in fera bella vocet?
O scelerum maculosa lues, ò tecta Tyrannis
Addicta, hoc etiam degere more placet?
Sic templum incestare placet, Natiq; sepulcrum
Aeterni, & sacros contemerare focos?
Vae tibi, qui Solymos ista ditione fatigas:
Adueniet, Solymae qui noua bella ferat.
Adueniet, longis Celtarum finibus vsque,
Te subiget; vinclis eximet ille suos,
Illi vita insons, validaeq; in corpore vires,
Aptus & in docto sessitat ore lepos.
Et dictis vis acris inest, & dulcior Hybla,
Qui stomachum possit vincere sermo fluit.

Talis

Talis Pelidae mulcebat pectoris iras,
Flectebatq; sono ferrea corda Senex.
Ecce dabunt illi nunc ista piacula poenas,
Illi etiam poenas Barbare saeue lues.
Seu sit Arabs, seu Persa fugax, luat impius ergo
Supplicia, hoc tanto crimine digna luat.
Quod tibi si tandem palmam Deus abnuit istam,
Perge tamen Rex ò inclyte, perge tamen.
Et morere; atq; tui peregrino in littore tecum
Indigna ponant corpora fusa nece.
Adueniet tempus, quo funera vestra piabit
Mersus in Ionio barbarus iste vado.
Soluet ab Oenotria multo cum milite classis
Romula, & Aegaeas puppe citabit aquas.
Dispositas iam cerno rates per caerula ponti,
Iam video raucas insonuisse tubas.
Austriadem video, validumq; in bella Colũnam,
Auspicio ratibus pandere vela Pio;
Hesperiae vincentq; manus, Latiacq; cohortes:
Illa Dei fuerit, Virginis illa fides.



AD B. VIRGINEM Christum in vtero continentem.

ELEGIA.

XII.



VCVNDVM Superis sidus, quod viscere condis,
Iucundum terris exere Diua iubar.
Et Pueri vultus, & frontis amabilis aurum,
Et mage Apollineis lumina clara comis.
Prome Parens Nati radios, cirrosq; micantes,
Sidera qui vincant, Luciferumq; ducem.
Prome diem Virgo, mundum qui luce serenet,
Qui caeli referet limina, prome diem.
Aspicis vt Phoebus temone lacessit Iberos,
Et nigrum Hesperio mergit in amne caput?
Aspicis vt magnus tenebris latet abditus aether,
Et ferrugineo tegmine condit agros?
Squalet terra situ Noctis comprensa sub alis,
Errat & in toto pallidus orbe timor.

Et

Et circumfusae densantur in urbibus umbrae,
Perq; domos mors est plurima, perq; vias.
Quare funde iubar caeli pulcherrima Virgo,
Diuinum foeto è viscere funde iubar.
Tempus adest, mundo roseum iã promere foetum,
Vt nouus incipiat flectere Phaebus equos.
Omnia nam melius, nam sidera clarius ibunt,
Purior Eoo surget ab axe dies.
Sponte sua segetes fundet sine semine tellus,
Liuidaq; hirsutos vestiet vua rubos.
Et colubri ponent iras, ponentq. leones,
Errabitq; inter tuta capella lupos.
Et pax sollicita soluet formidine terras,
Nec tuba terribili conciet arma sono.
Talia veridico dedit olim oracula cantu
Quae colit Albuneum casta Sibylla lacum.
Solis post varios cursus tandem affore tempus,
Quo terras, quo Pax vinciat astra fide.
Quo Bellona ferat constrictis vincula palmis,
Ianus & obiecto comprimat aere fores.
Quo clypei, gladijq; pios vertantur in vsus,
Nec repetant vsus bellica tela suos.
Quo liquidus puro fons gurgite fundat oliuum,
Roma vbi stat rara Transtyberina domo.

Orbita


Orbita quo Phoebi tereti circumdata gyro
Significet domino regna tenenda nouo.
Quo Capitolinis aduersae collibus arae
Excipiant trepido marmora lapsa sono.
Et iam muta Deûm sileant simulacra, nec vlla
Responsa ex adytis reddere voce queant.
Scilicet & Patris magni fax viuida, dixit,
Adueniet roseo candidus ore Puer.
Bethlemicae rupis stabulo nascetur in atro,
Inter quadrupedes, stramina dura super.
Nascetur tenebras inter, quo tempore caelum
Metitur medium nox tenebrosa rotis.
Cum placidos capiunt mortalia pectora somnos,
Cum resident volucres, cum tacet omne nemus.
O noctem terris iucundam, ò scrupea tecta,
O stabula erranti non habitanda ferae.
Tantus in exiguo stabit Deus abditus antro?
Sternet & in duro mollia membra toro?
Magne Puer non te excipient tecta aurea Regum,
Non vestis, Phrygia quae variatur acu.
Sed rigidae stipulae, rigidiq cubilia saxi,
Sed cauus, & nullo tegmine operta domus.
Dum glacialis hyems Aquilonibus asperat auras,
Dum solis nix in montibus alta iacet,

Dum

Dum mage crescentis duplicantur frigora brumae,
Dum gelidos stridens verberat imber agros,
Illa Dei soboles, illa aurea Patris imago,
Omnipotens magni Numinis ille vigor;
Arbiter ille hominum, Superumq; aeterna potestas,
Sub pede cui fulgens aetheris errat iter:
Excipitur foeno, nocti q; silentibus umbris
Ventorum arbitrio membra reclinat humo.
Sed varijs operosa noti, & fulta columnis
Excipiant magnos atria magna Duces.
Et Reges aulaea iuuent intexta figuris,
Et iuuet artifici culta labore domus.
Te Pater omnipotens alio clarabit honore,
Et tibi siderea plaudet ab arce Chorus.
Non tu vestis eges, mundum qui lumine vestis.
Pingis & herboso gramine prata Puer.
Et tibi stant circum famulantia sidera caeli,
Aligeri circum, Caelituumq; manus.
Ipsa tibi magnos rerum natura triumphos,
Et noua vincendo ex hoste trophaea parat.
Nec satis est pecoris custos, innoxia pubes,
Quae ferat ad cunas rustica dona tuas.
Ista petent etiam magni praesepia Reges,
Quos nouus è Solis limine ducet amor.

E C *Quin*

Quin tibi parebunt populi, quos caerula Calpe
Mittet ab occiduis ad tua tecta, plagis.
Quos nigris oriens Titan educet ab Indis,
Quos Boreas, quos & turbidus Auster aget.
Parua loquor. Latios Romana potentia fasces,
Et tibi submittet sceptra superba Ducum,
Illa tibi, regni posita gens alta corona,
Accidit, & supplex ista sub antra venit.
Ipse etiam magnus Romana ad templa Sacerdos
Te vocat, & casto duplicat ore preces,
Sacra facit dio perfusus pectora sensu;
Nempe tibi geminas tendit in astra manus.
Hoc sat erit, si Roma tuos celebrabit honores,
Si tibi succendat mascula thura focis.
Illa tua inscribet Romanis nomina Fastis:
Scilicet vnigenam te canet illa Deum.



DE

DE SOLEMNI QVADRAG. Ieiunio.

ELEGIA. XIII.



OLLITE iam lautis pueri conuiuia mensis,
Tollite Campanis ducta falerna iugis.
Non epulas inferre placet, non fercula quadris.
Pythagorae magni viuere more placet.
Sint satis in puro mollita legumina fonte,
Lectaq; sub Librae sidere poma satis.
Nonne vides, vt tesqua inter deserta ferarum
Conditur aethereo lapsus ab orbe Pater?
Squalidus illuuie, confecto squalidus ore,
Membra domat miseris extenuata malis.
Nempe quaterdenas laticis sine munere noctes,
Et totidem vidit iam sine fruge dies.
Non corylos, non mora legit, non arbore baccas
Decutit, in medium quas alit omne nemus.

Solus

Solus in aclliui recubat testudine saxi,
  Euccat & solus ad sua verba feras.
Non quas ad qu rulas producit fabula chordas,
  Cum gemit Euridicem Thracius ore puer.
Hunc etenim vere stipant animantia montis,
  Et tigris aduersum fulcit amica latus.
Te sequor ò rerum columen per deuia truncis
  Obsita, quà factum bellua monstrat iter.
Te sequor; & magnis extructas moenibus Vrbes
  Posthabeo saxis, tramitibusq; tuis.
Nam neque tecta placent, Phrygijs innixa colũnis,
  Non Tyrio quæ bis murice lana rubet.
Sed iuuat horrendos siluarum intrare recessus,
  Membraq; sub patulis condere fessa comis.
Sit tellus mihi nuda torus, tentoria quercus,
  Sint & conserti pallia dura rubi.
Stat tecum perferre famem, perferre laborem,
  Stat tecum nullo pellere fonte sitim.
Quin libet in largos consumere lumina fletus,
  Et tepido molles spargere rore genas.
Nam quis erit finis lacrymarum? ò tempera flendi
  Quae certo referunt astra reuecta die.
Aspicis, vt pulla spectandus veste Sacerdos
  Solemnes casto concipit ore preces?

Aspicis

Aſpicis vt triſtem delubra per omnia cantum
Inchoat, & moeſta carmina voce pra it.
Ille aperit vexilla nigris horrenda maniplis,
Monſtrat & extincti ſigna cruenta Patris.
Et lacrymas è corde ciet, populumq; frequentem
In querulos cogit fundere verba ſonos.
Scilicet & tempus memorat, quo colie ſub ipſo
Gethſemani, rubro canduit imbre Deus.
Hic trifidas inter faculas, galeaſq; comantes
In miſeras ſenſit vincula dura manus,
Et fora per Solymae raptatus, & atria circum
Luditur indignis terq; quaterq; modis.
Quin etiam tereti religatus brachia ſaxo,
Corpora lictori dilaceranda dedit:
Excipit & denſos temerantes tempora ſentes,
Excipit & magnae pondera dura Crucis,
Exclamare libet. talin te funere obire?
Sed raucum impediunt murmura caeca ſonum.
Nam late reboans totus diſſultat Olympus,
Diſſultant mundo ſidera, ſaxa mari.
Et ferrugineum ſubtexit Cynthia vultum,
Condit & in ca li nubila Phoebus equos.
Sic eat. inferias celebret natura Parenti.
Nos tacitâ par eſt funera flere lyra.

BEA-

BEATO ALOYSIO Gonzagae.

ELEGIA.

XIV.



ANTOVM soboles fortunatissima Regum
Huc ades, & dextro lumine cerne tuos.
Terris ara recens, nuper fax addita templis,
Addita fax caelo, caelituumq; choris.
Huc ades Herourn virtutem egresse tuorum,
Tollere quem supra Mincius optat auos.
Nam decus eximium Gonzagae stirpis obumbras,
Et patribus vincis fortia facta tuis.
Qui tamen ingenti gaudent cessisse nepoti,
Et generis lucem luce sequente tegi.
Nempe tibi iacet ante pedes despecta potestas,
Et calcatus honos, sceptraq; magna iacent.
Stant tituli, & fuluae radiatum stemma coronae,
Quam potis es paruae posthabuisse casae.

O ani-

O animi felix ; non te domus alta parentum,
Non opibus flexit regia gaza suis.
Tabida non unquam macularunt crimina vitae,
Nec scelerum potuit contemerare lues.
Iure adeo sacris praeludimus ore futuris,
Et canimus laudes ad tua busta tuas.
Plectimus & myrtū in nodos, phylirāq; comantem,
Spargimus & tumuli subdita saxa rosis.
Parietibusq; cauis suspendimus ordine vela,
Texta Semiramio Daedala vela modo.
Addimus & supra votiuas rite tabellas,
Pictor Apellaea quas variauit ope.
Nonne vides? caeli quacumq; è parte tueris,
Aspicis hic laudis condita signa tuae.
Hic duce te miseram pepulisse è corpore febrim
Narrat, & arcanas edomuisse faces.
Ille graui sensim depastus viscera tabe
Membra leuat medica non recreata manu.
Eripis hunc medio lapsantem in turbine leti,
Falcem vbi sanguineam mors inopina rotat.
Ille refert Euros, tempestatesq; sonantes,
Et maris vndifragi praeteriisse minas.
Hic fugit hostiles Aegaeo in gurgite classes,
Hic leuat Haemonio subdita colla iugo.

Ille ministerijs iam reddita brachia debet
Debet hic officijs reddita crura suis.
Mille iuuandi artes tibi sunt, & nomina mille,
Natura obsequijs ad tua iussa venit.
Vndiq; stant circa laudum monumenta nouarum,
Vndiq; stant manibus parta trophaea tuis.
Praecipueq; placent, atri quos pene draconis
Faucibus absorptos asseris ipse sinu.
Et caelo extorres caelesti reddis Olympo,
Nec sinis aeternae mortis adire vias.
Ipse tuos igitur propera visurus honores,
Nec plausus, inter sidera, temne pios.
Tempus erit triplici cum cinctus honore tiarae,
Pergamea qui ius dicit in Vrbe Pater,
Romulidum plaudente manu, plaudente Senatu,
Ista etiam superis inseret acta choris.
Gloria quo nuper ritu Boromëia fulsit
Cum sua diuino sunt data sacra viro.
Quē nunc Roma colit, populi quem vota fatigāt,
Cui prece sollicita supplicat ara frequens.
Quo fastos auxit ritu Francisca Latinos,
Cui genitrix nomen Roma dat alma suum.
Haec quoq; flos iuuenum, flos illibate pudoris,
Debentur titulis laurea serta tuis.

Has

Has adeo pariter capiti subnecte corollas,
Emeritos maior ò Puer inter auos.
Non te quippe minor clarabit adorea laudis,
Quem pietas fouit mitis alumna boni.
Quem decor in primo finxit sibi limine vitae,
Moribus ingenuis tempora prima notans.
Namq; , vt fama refert, haurit dũ luminis auras,
Primaeuoq; gemit candidus ore puer;
Cana fides albo circum cunabula limbo,
Adstitit & multo cemptus honore pudor.
Adstitit officijs ardens pulcherrima Virtus,
Mellibus & sparsit mollia membra rosis.
Sed tamen ante alias summo gratissima Patri,
Relligio tenerum constitit ante thorum.
Haec adeo puerum ter. ti ceruice reflexum,
Excipit, & dio consouet alma sinu.
Illi munificae dispensat dona papillae,
Et gemina pressat vbera plena manu.
Quin etiam caeci mater praesaga futuri.
Aurea fatidicis explicat ora modis.
Quiddam voce ciet, quo flaminis ira sonantis,
Quo stetit attoniti lympha refusa maris.
Mincius & placidas leni pede reppulit vndas,
Extulit & virides ad bona verba comas.

Fortunate puer casto dignissime coetu,
Munera cui Superum crebra refundet amor.
Diuitiasq; dabit donis adapertile caelum;
Et Deus arcanas insinuabit opes.
Macte bonis animi, qui cum vitalibus auris
Indolis egregiae signa beata refers.
Quem superi nunc roris alit purissimus humor,
Sidereae quem post vbera matris alent.
Cresce puer caelo; terris nam te inuidet aether,
Et tibi caerulea signat in arce domum.
Scilicet haud istam tangent ludibria mentem,
Non leuis inficiet pectora cana dolus.
Non aeuum irrepens laedet puerile voluptas,
Non teneris Syren insidiosa modis.
Ite aliò pestes animi, secedite noxae.
Non datur his puerum contemerare malis.
Quem diuinus amor, sapiens quē Numē obarmat
Tisiphonem contra, Tartareasq; faces.
Quid furis in cassum subrectis hydra colubris,
Quid piceam voluis corda sub ima iuem?
Illa mente viget vis enthea, mater honesti,
Hic sibi disposuit lilia cana pudor.
Non ita liquenti fluitant in lacte ligustra,
Quae modo virgineo messuit vngue manus.


Non

Non ita Memnonijs olim quod fertur ab Indis
Artifici sectum pollice lucet ebur.
Non albent sic tecta domus instrata pruinis,
Cum medio incernit frigore bruma niues.
Vt tibi turpificae mens candicat inscia labis,
Vt tua non laesus pectora candor obit.
Illecebras alij molles, luxumq; sequantur,
Semita quos patrio distrahit ampla polo,
Et Tyrias vestes, & picta aulaea figuris,
Strataq; composito pallia rubra thoro.
Caelestem in fragili duces tu carcere vitam,
Innocuos duces tu sine labe dies.
Frangere te sensus sub Rege pudore iuuabit,
Pectoris & motus continuisse truces.
Et leges animo vitijs imponere pulsis,
Virtutisq; sequi candida signa ducis.
Cordis & ex aditu mollem depellere Circem,
Quae canit, & cantu proelia blanda mouet.
Testis erit saeuo pugnax in membra flagello,
Armata in Venerem dextera testis erit.
Sanguineo quoties manabit flumine corpus!
Purpureo quoties rore madebit humus!
Ingenti quoties flictu latera aegra fatiscent!
Et caro supplicijs semper hiulca nouis.

Sidera erunt testes, & amica silentia caeli,
Excubiaeq; animi nocte silente tui.
Stragula cum linques conchyli perlita fuco,
Cum vigil in dura membra locabis humo.
Et genibus supplex positis, ardentia pasces
Lumina, fucatis non satutata bonis.
Proh amor ignipotens, magni proh numinis ardor,
Qui tantas puero subdit in ossa faces.
Hoc duce despiciet sceptri illaetabile pondus,
Mortali temnet vertice maior opes.
Sic ait, & vultu firmauit dicta sereno,
Quaeq; canit vates, ordine cuncta fluunt.
Creuit nempe puer, sapientia creuit, & vna
Insitus in casto pectore creuit amor.
Inclyta magnanimûm diademata temnit auorū,
Picta sagis temnit stemmata, picta togis.
Neue animum temeret, medijs excedit in annis,
Dum legit aetatis tempora verna suae.
Infertur corpus tumulo: quem protinus ambit
Turba prece, & votis integit ossa pijs.
Et dubitant astris Iuuenem censere paratis,
Caelestumq; inter adnumerare choros?
Non mora. te certis Aloysi sacra diebus,
Dispositis aris indubitata manent.

Thuraq;

Thuraq; adusta focis, & plenae munus acerrae,
Quaeq; parat patrio Mantua templa solo.
Postulat haec tellus Ocni, Roma aurea poscit
Corporis exuuijs nobilitata tui.
Quae tibi iã plausus, & honestae munera pompae
Ornat, & in celsis saxa locanda tholis.
Interea è terris bacchantes abijce pestes,
Et tenebras dia discute luce graues.
Inprimisq; Ducum ciuilia bella reconde,
Quae mouet anguiferis cruda Megaera comis.
Vertere non dubitant cognata in viscera vires,
Et consanguineum perdere Marte genus.
Tu potes armatas componere pace cohortes,
Discordesq; acies nectere pace potes.
Sancte puer, Ciuesq; tuos, pubemq; tuorum
Aspice, & affines foedere iunge manus.



IN DIEM PVRIFICATIONIS, De Cereis.

ELEGIA.

XV.



EBRVA sunt hodie: sed Virginis aurea magnae
Februa, Iunonis non temeranda sacris.
Qualia Romani fecere piamina patres,
Et dederunt nomen: Februa nomen erat.
Cum sola lustrabant adducta pelle Luperci,
Cum data sunt vanis torrida farra Deis.
Ergo age solemnem longo duc ordine pompam,
Et cape lustralem Dardana Roma facem.
Tolle facem, quam rore pio, verboq; Sacerdos
Consecrat, & tremula fulgere luce iubet:
Incendiq; aris, incendi tecta sub ipsa
Parietibus Templi, parietibusq; domus.
O taedam rosei vincentem sidera mundi,
Vincentem Phoebi, Luciferiq; comas.

Tu

Tu Stygias acies, atq; agmina dura silentum,
Tu nigra lucifugas vertis in antra choros.
Tu Lemurũ genus omne fugas, laruasq; triformes,
Spectraq; terrificis assimulata modis.
Te visa, Lamiae fugiunt, vmbraeq; nocentes,
Quaeq; volat turpi pallida turba lacu.
Te visa, ponunt hyemes, ponuntq; procellae,
Fluctisoni ponit protinus ira sali.
Aeoliaeq; domus animae, nimbiq; fugantur,
Et Patris ardenti fulmina missa manu.
Tu pestes, morbosq; abigis: tu mille malorum
Icario tradis mergere monstra mari.
Per te difficili resoluta puerpera partu
Saepe tulit medijs debita dona sacris.
Luce tua in dulcem conclusit lumina somnum
Te duce qui durum mortis obiuit iter.
Te duce lustramus segetes, lustramus & Vrbes,
Lustramus paruae rustica tecta casae.
Quare agite horrisoni turbantes aëra Cori,
Aequora turbantes hinc procul este Noti,
Este procul quos Hippotades è carcere fratres
Euocat, & vestro turbine miscet aquas.
Este procul vacuis errantes noctibus Vmbrae,
Ianua quas furua mittit eburna domo

Non

Non segetes imber, non laedat ouilia grando,
Non domus aetherea concidat vlla face.
Non pueros spectrum, non terreat Vmbra parentes,
Non Maga foecundis insidiata thoris.
Si sapis, in noctes hanc exere Cloelia taedam,
Canidiae crudas ne patiare manus.
Quae pueris vitam matris subsorbet in vlnis,
Et satur um semper sanguine guttur habet.
Diffugiet castis turbata venefica flammis,
Cholchide sit docta doctior illa licet.
Nos ad o gressum interea comitemur euntis
Virginis, & vatem pone sequamur anum.
Et Simeonem auido complexum pectore Diuum,
Qui terrae digitis quinque refulcit onus.
Namq; quaterdenos à partu surgere soles
Viderat, & noctes surgere Diua pares.
Cum memor antiqui ritus, & legis auitae,
Ad Solymam ventris pignora cara tulit.
Et tanto structum ingreditur molimine Templum:
Humani non est pectoris illud opus.
Hic Patri Puerum sistit, redimitq; moneta,
Et blanda cumulat tam pia dona prece.
Non huius redimit Natum mercedis egentem,
Expiat & labem, qua caret ipsa, suam.

Et


Et geminas defert prisco de more columbas:
Virginis haud donum pauperis agnus erat.
Sed tamen haec melius fuerunt donaria Matris;
Haec Puero fuerunt munera digna Deo.
Namque pudicitiam niueo candore Parentis,
Et Pueri mores significastis aues.
O dextris genitum signis par molle volucrum:
O dona aethereas digna subire plagas.
Seruitium non turpe Deae toleratis Amorum,
Non temerat vestram fabula nota fidem.
Quae gemino vos in lucem disclusit ab ouo,
Grata parens Superis, grata columba Deo?
Vos ego crediderim veteris genus esse parentis,
Quae rediit domino nuncia fida Noë.
Paciferumq; seni ramum praetendit, & vndas
Rettulit in veteres iam remeasse sinus.
Et cessisse iugis immania corpora cete,
Aequoris & notas iam repetisse vias.
Et placidam croceis fulsisse in nubibus Irim,
Quae domitis pacem polliceatur aquis.
Haec, volucres, vobis dedit olim nuncia pacis
Principium, & pacem significatis item.
Nam geminos video correptos numine vates,
Veridicamq; Annam, veridicumq; senem,

Purpu-

Purpureae pacis reserantes saecla futurae,
Saecla Palestinus quae voluisset auus.
Nunc age olorina proclamat voce Sacerdos,
Ilicet ò mortis mollia iussa meae.
Nō haec ante datū mihi rūpere claustra senectae,
Quàm tua conspiciam lumina, care Puer.
Aspicio: & tecum placidae venientia lucis
Tempora sunt oculis iam patefacta meis.
Nam populis tu sanctus eris. tibi scilicet aras
Memnoniae tollent, occiduaeq; domus. (tes.
Quasq; extrema palus Scythico lauat aequore gē-
Et lauat ardenti quas Mareotis aqua.
Quin hanc Roma diem celebrabit ritè quotannis,
Nunc Acherontaeo subdita Roma iugo.
Et manibus cana funalia perlita cera
Tollet, & artifices candida turba faces.
Infestaeq; domus lustrabit limen, & illo
Eluet incestas aëris igne plagas.
Et volet Ausonijs depulsa piamina terris,
Quae celebrant Salij, quaeq; Lupercus habet.
Hactenus euentura Pater: ne candida tristi
Omina, ne crudo sit temerare sono.
Quid gladios, quid tela iuuat nocitura Puellae,
Quid iuuat instantes commemorare cruces?

Pectora

Pectora sunt illi nullis obnoxia factis,
Et Puero nuper sunt habitata Deo.
Hunc animum potius foecundum criminis vrge,
Hoc meritum potius ense reclude latus.
At rigidus tibi Diua chalybs, & spicula parcant.
O parcant animo tela, crucesq́ue tuo.
Quod si aliter visum est Regi, qui torquet Olympũ,
Si magni sunt haec aspera iussa Patris;
Si Nato tamen impendet lacrymabile funus,
Et duram intentant tempora certa necem:
Si gladijs istud terebrandum est pectus acutis,
Immeritumq́ue animum tela, crucesq́ue manent;
Vnum ego vos gladij supplex obtestor; & enses,
Vulnera ne facite in pectore cruda pio.
Sed vestram mollite aciem, ne sentiat ictum
Quae gemet aerumnas casta Puella meas.



I N

IN GALLIAE, HISPANIAEQ. pacificationem Anno 1598.

ELEGIA.

XVI.



AX ades aethereis mundum complexa sub alis,
Pax ades aeterna fronde reuincta comas.
Tu mihi sancta: tibi citharasq́ꝫ, fidesq́ꝫ canoras,
Barbiton, & mistum sollicitamus ebur.
Vos autem velis elegi maioribus ite,
Sunt maiora meis prata terenda rotis.
Ecce redux toto volitat Pax aurea mundo,
Separat & sulco nubila diuiduo.
Et genitrix vnà rerum Concordia surgit,
Quae pacem, & niueae foedera pacis alit,
Illa serenato patefecit sidere vultum,
Et placido iussit sole rubere dies.
Scilicet explicuit contractae seria frontis,
Tradidit & curas ferre per arua Notis.

Sic

Sic vbi praetexens picta ferrugine caelum ,
Pacifer exactas nunciat arcus aquas .
Aut vbi nimbosi Cauri cecidere , Notiq; ,
Et recubat miti marmoris vnda sono .
Cum non falsa leui ridet pellacia ponto ,
Et teneris gaudent foetibus Halcyones .
Talia Pax hilari praeportat tempora risu ,
Talia tranquilla gaudia fronte notat .
Illi purpureo stant ebria murice labra ,
Illi nectareo perlita rore gena .
Et spiras imitata leues coma flexilis errat ,
Nec potis est vno se tenuisse loco .
Pars in colla fugit , pars intorquetur in aurum ,
Pars abit in molles ambitiosa sinus .
Viua supercilij gemino deuexa sub arcu
Lumina chrysolithis inuidiosa micant .
Hastas vna terit, manus altera conterit enses ,
Et premit impresso spicula fracta pede .
O vitae sincera quies, ò blanda voluptas ,
O niuei soles , purpureiq; dies .
Purpureiq; dies , placidaeq; silentia pacis ,
Optataeq; morae , pacificaeq; vices ,
Haec bonus afflictis Clemens facit otia rebus ,
Quo duce discordes dissiluere minae .

Non

Non ne vides? cum pace volat Concordia, & almo
Caelituum fertur associata choro.
Illa habet in pleno felix insignia cornu,
Condita virginea rustica poma manu.
Sustinet & segetum spicas, & Punica mala,
Argumenta gerit pectoris illa sui.
Qualis Amalthea Cretaeo nobilis antro
Deposuit cornu sacra capella Ioui.
Sustulit hoc Nympha, & cinxit redolētibus herbis,
Et plenum pomis ad Iouis ora tulit.
Illinc fama fuit (mendax est fama) sed illinc
Omnia dicuntur prosiluisse bona.
Pendebatq; sacro diues vindemia labro,
Et pyra non notis lecta sub arboribus.
Pomaq;, & Alcinoi desectus stipite ramus,
Et quae floriferis educat Enna iugis.
Purpureaeq; vuae, preciaeq;, leuisq; lageos,
Rhetieaq;, & lacte palmite de Psythio.
Sic vacuum per inane leui Concordia penna
Tangit Hyperboreas, Occiduasq; domos.
Vbere telluris circumfluit, vbere caeli,
Quà volat omnigenas prodiga iactat opes.
Nil melius largo defluxit ab aethere quondam,
Cum data sunt terris marmora, & astra polo.

Solo

Sola fuit genitrix teneri Concordia mundi,
Et certo clausit limite sola chaos.
Congeriemq; rudem distinxit, & arte magistra
Disposuit certis corpora certa locis.
Fudit & è tenebris in lucem saecula: & alto
Collucere oculos iussit in orbe duos.
Incolit & mediam quae temperat aëra zonam,
Frigoris, & flammae, foedus & illa maris.
Illa regit terras, Martisq; horrentia pilis
Agmina retrorsum vertere signa dedit.
Quid moror? illa truces etiam nunc placat Iberos,
Atque Pyrenaeas sustulit illa minas.
Illa ferum docuit deponere tela Garumnam,
Et Marti rapuit spicula Santonico.
Illa inimicatas acies discordibus armis,
Illa tua Clemens pacificauit ope.
Tu potes imperio populos frenare superbos,
Tradere & Aegaeo bella ferenda mari.
Tu potes immites animi componere motus,
Agminaq;, & Reges ad tua vota trahis.
Testis ad Eridanum Ferraria, territa testis,
Quae timuit veteres Itala terra faces.
Protinus innocuas vbi tollis in aethera palmas,
Protinus emoti Caesaris ira cadit.

Multos ille viros, multas conciuerat Vrbes,
Regnaque, & Oenotriam mouerat ille timor.
Ast vbi tu rigidus contracta fronte minaris,
Ipse tibi trifido militat igne Deus.
Testis Arar, Rhodanusque, Insubria testis, & Alpes,
Raptaq; ab infesta Cantabra tela manu.
Testis & edomitus commoti pectoris aestus,
Et sancto Ducibus foedere iuncta fides.
Vae tibi, qui tollis gentilia cornua lunae
Hellespontiacae sollicitator aquae.
Fors erit, vt victus, regno spoliatus, & auro,
Quae male iactabas, cornua fracta gemas.
Auguror. en gemini coniungunt foedera Reges,
Et coniuratas commodat Ister aquas.
Forsitan & iuuenis, tacitus qui colligit iram,
Sythoniam inuicto perdere Marte parat.
Ille tibi terror validis spectabilis armis,
Bactorius valido conspiciendus equo.
Quantas ille neces immiti ferre ruina,
Siue Italo poterit milite, siue suo?
Iungite tela viri: coniugite proelia Reges,
Dum fauet Arctoo Numinis aura Duci.
Ille feri nuper quatefecit sceptra Tyranni,
Eripuitq; armis oppida capta dolo.


Omina

Omina laeta cano: libet aspera proelia Thracum,
Atque haurire animis parta trophaea Deo:
Iam video Rhenum fluuio vehere arma bicorni,
Et coniuratae Norica ligna ratis.
Iam freta dispositis video praetexta carinis,
Et sinuosa rates pandere vela Noto.
Qualis, ab Euboea Phrygias quae soluit in oras,
Fregit & Idalias aspera pinus opes.
Graecia cum multo repetebat milite raptam,
Quae centum exciuit femina sola Duces.
Dardana feruebant horrentibus aequora malis,
Peliaq; innabat silua recisa salum.
Sic video classes, & numinis omine plena
Ire per Ionium pinea texta fretum.
Pinea texta fremunt centenis incita palmis,
Centenasq; ferit lympha refusa rates.
Et geminos iam binae acies lunantur in arcus,
Et chalybum radijs concolor vnda tremit.
Ligna catenatis ineunt certamina rostris,
Robore quae valido fida iuuenta mouet.
Insilit hostilis praetoria miles, & instat,
Armaq; iam discit Thrax inimica pati.
Feruet opus telis, & sanguine tingitur aequor,
Fractaq; purpureis sceptra vehuntur aquis.

Talis vbi veniens Athamana ad littora Caesar,
Signa suae patriae vincere docta tulit.
Pilaq́; femineis Cleopatrae torta lacertis
Reppulit, & ciuis perfida tela sui.
Subsidio Phoebum Teucro venisse Quirino,
Et rexisse ferunt signa Latina manu.
Qui grauior pharetra, solitoq́; insignis ab arcu,
Egit in angustos arma fugata sinus.
Ferte citi puppes, committite proelia Reges,
In vestro melior milite causa fauet.
Quae nisi iusta subest, vires in milite frangit,
Frigidaq́; à manibus deuocat arma pudor.
At bona cum meritos promittit causa triumphos,
Tum dolor, & motus tela ministrat amor.
Et Superi vobis, vobis bona sidera lucent,
Et propior vobis commodat arma Deus.
Non ille auxilio nouus haec ad proelia surgit,
Vestra nec insuetum Numen in arma venit.
Vix prope tricenis exactis nouimus annis,
Ipse leuem contra Thessala ligna ratem.
Illa tamen turres, molesq́; attriuit acernas,
Strauit & in medio castra abiegna salo.
Vidit in Ionio Naupactus marmore Thraces,
Aut hos versa, aut hos terga dedisse fugae.

Ensesq́;,

Ensesq́; , galeasq́; undis fluitare comantes,
Et lunata feri signa refixa Ducis.
Hesperiae vicere manus, Latiaeq; cohortes:
Et fuit illa Dei, Virginis illa fides.
Rara Propontiacum repetit pernice carina
Turba sinum, & patrias rara reuisit aquas,
Hactenus aequoreas acies, & proelia Martis,
Nunc rura, & Musis Maenala grata canam.
Me decet exiles citharis inflectere versus,
Et testudineae carmen inerme lyrae.
Ergo age frondosi nemoris cantemus honores,
Paestanisq́; fluant carmina nostra rosis.



IN REM RVSTICAM.

ELEGIA.

XVII.



CCE *alium brumam Sol aureus egit in orbem,*
Et placidos reuocat mitior aura dies.
Iā tenet hospitijs volucres frondentibus arbos,
Ludit & è teneris missa caterua fauis.
Florentesq́ legit violas, ac flumina propter
Obstrepit, & nidos, progeniemq́ fouet.
Et castae virides, & olentis copia thymbrae
Attollunt fluuio praetereunte comas.
Ite elegi faciles in carmina laeta vocati,
Expediunt mollem tempora verna viam.
Non mihi dicendus Thrax est, versisq́ sagittis
Parthus, & hostili terga fugata manu.
Nec modo Bactorius validas cantādus vt hastas,
Fulmineumq́ ensem, cornipedemq́ rotet.
Aut quantus surgat Germanus miles in armis,
Frangat & Odrysij tela cruenta Ducis.


Aut

Aut bona quo pacto venere in foedera Reges,
Et male discordes vt cöiere manus.
Non mihi se tanto tollit nunc carmen hiatu,
Non ea sunt nostris prata terenda rotis.
Florentem cythisum, nitidos cantabimus agros,
Riparumq; toros, caeruleosq; lacus.
Lucentesq; herbarum oculos, & lumina calthae,
Foeniculumq; vdum, melliferumq; thymum,
Et philyram lentam, & ferrugineos hyacinthos,
Et lutum, & rubri fila superba croci.
Et vitreas vndas, & stagna virentia musco,
Et liquido fugiens flumen in arua pede.
Dicam & ab exiguis suspensa sisimbria nodis,
Et quae saxoso gramina monte virent.
Halantesq; hortos, biferiq; rosaria Paesti,
Laetaq; vicinis intyba fluminibus.
Pallentesq; hederas, & amantes littora myrtos,
Albaq; puniceis lilia tincta notis.
Quid dicam vt vario depictus munere veris,
Paruulus ingentes explicet hortus opes?
Vdus vbi cucumis, teretiq; cucurbita forma.
Et tempestiuo brassica rore viret.
Vidi ego sub Curibus patriũ prope flumẽ Hymellae,
Militiae fessum delituisse senem.

Cui saxeta inter, spinetaq; pauca relicti
Obsita virgultis iugera ruris erant.
Non Cereri opportuna seges, non commoda Baccho,
Non vlli fuerat fertilis illa gregi,
Hic premit in raris argentea lilia dumis,
Et rarum in viridi margine nutrit olus.
Verbenasq; serit circum, vescumq; papauer,
Crustumiasq; pyros, arbuteumq; genus.
Trudit & è siccis oleagina germina lignis,
Figit humi vallos, quadrifidasq; sudes.
Et iam viua sua plantaria surgere terra
Aspicit, & Regum munera nulla velit.
Primus vere rosas, & flexi vimen acanthi,
Candidaq; autumno carpere poma manu.
Et cum tristis hyems Boreali frigore saxa
Rumperet, & glacie stringeret Hebrus aquas,
Ille comam nardi, cythisum, violamq; metebat,
Aestatem anteuolans, vernaq; flabra Noti.
Ille ministrantem vicino vmbracula fonti
Disposuit corylum, populeasq; comas.
Vidit & in duris liuescere mora rubetis,
Additaq; inuito stipite mala pyro.
Quid memorem saltus, quos vestit Aricia cerris,
Albanosq; lacus, Hippolytiq; nemus?

Quid

Quid gelidos Vmbros referam, Ficenaq; Tempe,
Laetaq; Campanis vina Falerna iugis?
Aut quid Volsce tuos dicam, Mandela tuosq;,
Quid referam colles terra Sabina tuos?
Non hic funereas cliuoso in vertice taxos,
Non alit hic rigidas silua comata feras.
Non hic abrotoni, non tristia centaurea,
Aut vitanda pia sunt aconita manu.
Sed nitidi sub aratra fori, sed vitreus humor,
Et quae subiectas ambiat ornus aquas.
Sed nemus argutum, resonans & acanthide rupes
Prataq; Vertumni culta labore virent.
Cetera quid dicam? spatijs disclusus iniquis,
Praetereo vati commemoranda nouo.



IN

IN ADVENTV CLEMENTIS Octaui Pontificis, cum rediret Ferraria.

Votum Beatae Virgini Lauretanae.

ELEGIA. XVIII.



LMA Palaestinam Piceno in littore sedem
Quae colis, Oenotriae suscipe Diua preces.
Redde Sacerdotem templis, Vrbisq; Quirini
Qui regat imperio Pergama redde Patrem.
Scilicet ille diu Latijs procul abstinet oris,
Dum tibi, dum Superis sedulus auget opes.
Tu potes horrisonas Virgo mulcere procellas,
Nubilaq; obscuro tergere foeda polo.
Pleiadas arcere, atq; Hyadas, pluuiāq; Capellam,
Procliuemq; Vrnam, praecipitemq; Notum,
Difficiles lenire vias, fluuiosq; rapaces
Sistere, & à rigido tollere monte niues.

Tu po-

Tu potis es mundo nitidos inducere soles,
Tu potis es rigua spargere luce diem.
Sospes vt Ausoniam, Romanaq; moenia Clemens,
Conditaq; Iliacis tecta reuisat auis.
Ille vbi Dardaniae reddetur turribus Vrbis,
Auspicio Vates ibo per astra tuo.
Et voti reus aetherei primordia partus,
Et Puerum dicam caeca sub antra Deum.
Vt tibi diuino tumuerunt viscera foetu,
Vt tibi collusit paruulus vberibus.
Vt tener angusta lusit spatiatus in aula,
Cursauitq; tuos vt tener ante pedes.
Dicam ego, sidereas domus ista vt vecta per oras,
Adriacas nullo remige nauit aquas.
Flamine diuino, diuino concita velo
Appulit in nostros praeda beata sinus.
Pone metum Tyberis, Romani ponite curas:
Romuleos Clemens nempe reuiset agros.
Quid non à tanta sperabunt Virgine gentes,
Quae profugam nostro collocat orbe domum?
Lenis ades Virgo, nostroq; medere timori:
Spem facit in templis picta tabella tuis.
Ille ratem rapidis quondam iactantibus Austris,
Te duce Carparthias tutus obiuit aquas.

Auspice

Auspice te patrias saluus remeauit ad oras,
Prensus in Aegaeo nauita sollicito.
Letifera hic olim pressus praecordia peste,
Te sibi ait medicas imposuisse manus.
Quare age Virgo suum Romae ne respue Regem
Sistere, & Oenotrium reddere Diua Ducem.
Tuq; adeo Clemens spes, & tutela Quiritum,
Annue, & externo linque sub axe plagas.
Non istic Vaticanus, non regia sedes
Porticibus centum conspicienda cauis.
Non tecta, & nemora in tectis imitantia lucos,
Non laquear pictum, marmoreumq; solum.
Non Phrygijs centum tabulata innixa columnis,
Siue tuis Memphi, siue Corinthe tuis.
Non istic leni surgunt Capitolia cliuo,
Caelius aut collis, Caeliolumq; iugum.
Non hyemes placidae, mollis non frigora brumae,
Non istic placido Tuscula terra iugo.
Sed positum medijs pontem indignatus in vndis,
Qui sternit pecudes, sternit & arua Padus.
Hic placidi menses, placidi hic clementia caeli,
Sunt hic Imperio credita Regna tuo.
Hic Tyberis sanctus flauo tibi murmurat amne,
Et ludit tremulis, ambitiosus aquis.

Hic tepidi soles, hic est mitissimus aër,
Candidus hic annus, purpureiq; dies.
Colle Quirinali surgunt tibi leniter horti,
Et Zephyros captant, effugiuntq; Notos.
Hic Diuùm cineres, sunt hic & limina Pauli,
Tectaq; consorti sunt habitata Petro.
Dilectaeq; Deo Exquiliae, tua maxima cura,
Inclyta quas molli in vertice Diua tenet.
Huc ades ò Clemens; sic te Virgo optima seruet:
Gemmiferum seruet quod diadema geris.
Perpetuoq; trahas in longum fila senectae,
Et cursu semper candidiore dies.
Sic tibi Threiciae submittant colla cohortes,
Et iubeas Thracem ponere tela Ducem.
Sic tibi subductos submittat Graecia fasces,
Et Latium discant omnia ferre iugum.
Quid queror? en magnā laetus Mauortis ad Vrbē
Nuncius Ausonium narrat adesse Patrem.
Ite alacres, longaq; illum deducite pompa:
In vestras veniunt dona petita manus.
Aemilia Clemens remeauit victor ab ora,
Et beat aduentu Romula tecta suo.

IN TYBERIS INVNDATIONEM sub finem Anni M. D. XCVIII.

ELEGIA.

XIX.



TYBRI Pater, Tybri, heu nimium contagia culpae,
Et luimus fluuio crimina nostra tuo.
Aureas voluebas amnis placidissimus vndas,
Nunc dubium crasso flumine quaeris iter:
Et violentus agis turres, & tecta domorum,
Foedat & immisto gurgite arena vias.
Heu, scelus infectum satis expiat Albula Romae,
Poenarumq; damus, suppliciјq; satis.
Heu satis Ausonias Caeli Pater obruit arces,
Et trifidas torsit rubra per astra faces.
Terruit Oenotriam, magnamq; exterruit Vrbem,
Quae timuit veteres Deucalionis aquas.
Aetas illa fuit de duro fusa metallo,
Fudit & immites vltima vena viros.

Cum


Cũ quibus omne nefas maculosũ irrupit in aeuũ,
Fugit & è terris intemerata Fides.
Et ritus abiere boni, Virtusq; , pudorq; ;
Nequitiae, & fraudes, & subiere doli.
Tunc Pater omnipotens mores exosus iniquos,
Humanum largo perdidit imbre genus.
Scilicet Aeoliis Austrum deducit ab antris,
Et qui constipant nubila nigra, Notos.
Terribili totum inuoluit caligine mundum,
Et pluuiae ventis agglomerantur aquae.
Merguntur segetes, merguntur condita sulcis
Semina, & agricolae vota sepulta iacent.
Omnia sunt pontus, turresq; sub amne latentes
Dicuntur grauidas sustinuisse rates.
Humida gens pelagi summa consedit in vlmō,
Quae fuerat volucri cognita sola domus.
Et defrenato nabant super aequore damae,
Et super effuso flumine nabat equus.
Haec iterum pauidae metuerunt tempora mentes,
Sunt verita has iterum saecula nostra dies.
Vidimus iratum Tusco de littore Tybrim
In latus auersas ferre retrorsus aquas.
Cum stabulis passim correpta armenta trahentem,
Mergentem & segetes, cultaq; laeta vadis.

Aenea-

Aeneadumq; aedes sternentem, & gurgite pontem
Ferre Palatinum, tectaq; magna Ducum.
Nã tabulata ruunt, cadit & labor irritus Vrbis;
Lignaq; labuntur saxa caduca super.
Ibat aren osis iam percita fluctibus vnda,
Perq; v ias Vrbis plurima, perq; domos:
Ducebatq; rates, currus quà Roma fugacis
Puluere suspensas viderat ire rotas.
Larga subit furtim tacitae sub tempora noctis,
Et rapi do mergit flumine lympha lares.
Opprimit & pauida natos cum matre cubantes,
Dum per membra leuis serpit vtrisq; sopor.
Illa excita sono, tandem languentia tollens
Membra, videt subitis omnia mersa vadis.
Quò fugiam infelix, aut qua spe perdita nitar?
Ecce mihi incerta lumina morte natant,
Effugiam ne lares, atque obsita limina fluctu?
Hinc premimur tenebris, hinc ꝓhibemur, aquis.
Eripere ò saltem liceat discrimine natos;
Quos noxa haud tantae destinat vlla neci.
Interea trepidae genitricis pectore pendens
Filius inclamat. perdita mater vbi es?
Inde gemens alius, mater nunc auferor, inquit,
Clauseruntq; truces ora vocantis aquae.

Con-


Consternata malo, natùm se imponit acervo,
Et cadit, heu inter funera tanta Parens.
Huc veniet forsan non hospes inhospitus olim,
Funera qui saltem tam miseranda fleat.
Quid referam vt leuibus cunis elatus oberret,
Rideat & mortem nescius ore puer?
Mercesq; vt fluitent, & Romula gaza per vndas,
Vt fluitent Matres, semineceso; viri.
Quis capiat culpae partes, scelerisq; piandi?
Ah Deus, ah surda respuis aure preces.
Huc ades ò Romae columen par nobile Diuùm,
Vrbs opus est etenim relligiosa tuum.
Seu mauis tu Caelicolum Matrona, Poliq;
Lenior Ausonias aspice Diua domos.
Seu palmas Clemens in caelum attolle supinas,
Vt diuina tua detonet ira prece.
Ipsa nihil metuit, Numen, te Roma precante,
Omnia te minimè, Roma precante, timet.



IN ANNVM IVBILAEI, ATQVE in imminentem iterum Clemente Pont. Tyberis inundationem.

ELEGIA.

XX.



VBILA non fugiunt: pluuia ruit arduus aether,
Et tenebris pergit obsitus ire dies.
Num, quod rumor ait, Tusca de rupe resultans,
Tybridis in Latium confluet vnda latus?
Obijce quà magno protenditur inclyta Roma,
Et patet, & centum spargitur ampla vijs.
Siccine? Dardanidum mergentur gurgite turres?
Mergetur fluuio Romula terra suo?
Vt cum tecta ducum, merces, inopumq; tabernas
Proluit insanis terq; quaterq; vadis.
Cum sata laeta boum mersit, cum strata viarum,
Templaq; Mygdonijs edita marmoribus.
Impatiensq; iugi cum vortice sustulit atro
Marmoreum pontem, marmoreamq; viam.

Quassa

Quassa gemit tellus; gemuerunt murmure ripae,
Et lapides temere succubuere solo.
Ille fugit, fugit ille celer per prata, per agros,
Litteraq; arguto pulsa fragore sonant.
Responsant siluae, responsant antra boatu,
Murmurat & saxis vnda refusa cauis.
Ferte pedem miseris ò inclyta lumina Romae,
Si vestra hic feruet semita trita pede.
Ecce venit, venit ecce pigro Germanus ab axe,
Et quem Danubius, quem modo misit Arar.
Sequana quem lentus, diues quem misit Iberus,
Quem Lycus, & Tanais misit, & vnda Tagi.
Ad cineres vestros flaui venere Sicambri,
Venerunt cultu versicolore Getae.
O geminum sidus gentis Cynosura Latinae,
Ne pereat dubio nostra carina salo.
Ne pereat qui vestra pio petit aduena cultu
Busta, peregrinis aduena littoribus.
Vos agite, & geminis altaria ponite Diuis,
Halet & ad sacros myrrhea gutta focos.
Et costum Assyrium, & merces adolete Sabaeas,
Quaq; Cilix, & quae cinnama mittit Arabs.
Praecipue Aeneadum Clemens mitissime Rector,
Solemni aethereum carmine flecte Patrem.

Iunge manus duplices mundi Cortinae, Deumq́ʒ
Ne pigeat multa sollicitasse prece.
Vela sacris intende humeris & carbasa collo
Funde, & ad extremos Setaba lina pedes.
Virgatamqʒ super laenam, argentoq́ʒ trilicem,
Et quae purpureo lumine vela tremunt:
Et vestem illusam variè, cui gemmea nexu
Fibula coniunctum mordet vtrumqʒ latus.
Adde decus capiti, gemma quod fulget, & auro,
Et triplici canas stemmate cinge comas.
Scilicet & mundo lustralia saecula conde,
Et populis aperi limina clausa Petri.
Caelesteśqʒ fores vtroqʒ à cardine versa,
Quatuor à ventis pande sub astra fores.
Non tunc largifluo Tybris complebitur amne,
Non trahet inuersas irrequietus aquas.
Romaqʒ non pontes, non disturbata videbit
Marmore nequicquam condita templa solo.
Non sata vorticibus, non tecta rapacibus vndis
Mersa super segetes, diuitiasqʒ super.
Sed facilis largo pluet Indulgentia caelo,
Et Pax, & Pietas, & reuocata Fides.
Curret & in terris pleno Clementia riuo,
Perqʒ domos ibit Gratia, perqʒ vias.

Non

Non ita Danubius Rhenusq; bicornis ab alto
Vertice praecipites imbre cadente fluunt.
Non sic Eridanus, septemfluaq; ostia Nili
In dominum fugiunt imperiosa mare.
Templum pande Petri, caeli simul ostia pande:
Iam decuit Clemens, pandere vtrasq; fores.
Quid moror? ille venit, nō gaudia nostra moratur,
Atque aperit dura limina clausa sera.
Ite igitur curae, Tybris placidissimus ibit,
Voluet & auriferas Romulus amnis aquas.
Et video caelum lato discedere mundo,
Agmina descriptis cerno nouena choris,
Huc geminat facilis cursus, geminatq; recursus
Illa cohors, notas itq; reditq; vias.
Et fluit ex astris nitidissimus imber in orbem,
Ilicet è caelo gratia rara pluit.



DE FERIIS AD RHETORICAE Auditores.

In Peruigilio. S. Michaëlis.

Cum explicaretur Horatij locus ex arte Poëtica: Siluestres homines sacer, interpresq. Deorum, &c.

ELEGIA.

XXI.



AR erat hac etiam sudare parumper arena,
Ire per & laudes magna Poësi tuas.
Dicere & aeterno mundi cunabula cantu,
Dicere & errantes per nemora alta viros.
Carminibusq; tuis in moenia firma coactos,
Et numeris vinctos protinus esse tuis.
Par erat Orphaea siluas deducere chorda,
Ducere & Armenias ad tua verba feras,
Saxaq; verticibus: fluuiorum & sistere lapsus;
Cogere & inuersas ire retrorsus aquas.

Par

Par erat auritas animantem Amphiona cautes,
Et mirata nouam dicere saxa chelym.
Tyrtaeiq; acies, & classica docta Poëtae,
Duraq; tum primum bella citata lyris.
Sed iam tempus equùm spumantia soluere colla,
Aemonio spatium demere tempus equo.
Extremum hunc Romana mihi concede laborem
Sancta Palatinis edita Musa iugis.
Dicta satis fuerint cunctarum exordia rerum,
Et maris, & terrae semina magna satis,
Aureaq; aeterno labentia sidera cursu,
Sectaq; fraxinea caerula cana rate.
Dixi acies in bella feras horrentia Martis,
Visaq; Sidonio Gallica gaesa mari.
Ductoremq; truci Ludouicum funere mersum,
Moestaq; Santonicas signa reducta domos.
Et cecini placido coniunctos foedere Reges,
Et male discordes pace cöisse manus.
Armatumq; Padum, ductasq; in perfida turmas
Moenia, Romano diripienda Duci.
Bactoridem dixi quantus radiaret in armis,
Quantus Amyclaeo frena rotaret equo:
Dixi Teutonicas in Thracia signa phalangas,
Barbaraq; exigua tela fugata manu.

Dixi Virgineos diuino semine partus,
Et Pueri cunas antra beata Dei.
Et spoliatum Erebũ, & ductos super astra triũphos,
Clausaq; non facili Tartara dura sera.
Atque Palaestinum Piceno in littore templum,
Atque tuos cecini maxima Diua lares.
Dixi ego, sidereas domus ista vt vecta per oras,
Adriacas nullo remige nauit aqas.
Flamine vt aetherco, diuino vt concita velo
Appulit in nostros praeda beata sinus.
Paruulus vtque ista lusit spatiatus in Aula,
Cursauitq; tuos vt Deus ante pedes.
Nec vos praeterij foecundi ruris honores,
Cultaq; pampineis aspicienda comis.
Pomiferasq; dies, & purpureos Autumnos,
Vernaq; sideribus tempora laeta nouis.
Tectaq; Pastorum magalia fronde palustri,
Quernaq; straminis ligna recisa casis.
Versataq; manu certo sub sidere glebas,
Postremosq; antes, & sub aratra fores.
Saepe mihi Latijs pellitus arator in aruis,
Saepe canens dictus vinitor inter opus.
Et cucumis tortus, plenoq; cucurbita ventre,
Laetaq; vicino populus alba Pado.

Et

Et violae molles, vescoq; papauera succo,
Et rosa, & ambrosijs spica Cilissa comis,
Et saxeta super scenis obducta colurnis,
Multa vbi natiuo murmurat vnda tubo.
Cetera quid memorem? libauimus omnia versu,
Qualis mane rosas Attica libat apis.
Postremus mihi surge labor, mihi diuite vena
Carmina Danubio liberiora fluant.
Non tamen vt grandes ausim vestire cothurnos,
Aut thymelem docta sollicitare lyra.
Aut Constantinos, aut Flauia dicere facta,
Aut data Vespasijs Dardana Regna male.
Aut Crispum indigno deflere errore peremptum,
Atq; nouercales exagitare dolos.
Quanquam equidem possem late regnata Phalanto
Dicere, & Oebalij regna beata soli.
Possem Telegoni campos, & Tuscula Tempe,
Et quacunq; souet silua Latina comas.
Et patrium possem describere flumen Hymellae,
Laetaq; carminibus Tetrica saxa meis.
Et quae Clitumno Meuania prata beantur,
Et quae sulphureis irrigat Vmber aquis.
Tiburis & colles, oleaeq; feracia rura,
Quà sonat Albuneo pensilis vnda lacu.

Forsitan

Forsitan Estenses aruis felicibus hortos
Possem ego diductis dicere carminibus.
Et tubulis centum cursus, caneremq; recursus,
Et labyrinthaeis antra Aniena vijs.
Haec alijs dicenda tamen, quibus otia cordi,
Talia non nostris sunt adeunda modis.
Sed Michaël mihi carmē erit, mihi dexter ad aras
Cras prece, cras numeris conciliandus erit.
Cras illi templa alta hederis Gargana virebunt,
Et sacra seruebit semita trita pede,
Cras adeo magnae Fastis celebrabitur Vrbis
Roma tibi sanctus, militibusq; tuis.
Aerea cras illi strident tormenta boatu,
Et graue conflabit Aelia turris opus.
Sidera fulgebunt tectis, & sidera pinnis,
Aurea Clementis sidera sena Patris.
Et crispata Notis nabunt vexilla per auras,
Et fluet artifici purpura picta croco.
Flebunt cornicines, & laetum tibia flebit,
Flebunt Romanis addita sistra tubis.
Et Vaticanae fulgebunt ignibus arae,
Et tremet in sacris virgula odora focis.
Non tamen insertim pinus iaculabitur ignes,
Quae media telas ventilat arce leues.

Mox

Mox aderit, nec longa mora eſt, lux alma diei,
Quae dedit Oenotrio Romula Regna Patri.
Et triplici canos vinxit diademate crines,
Et dedit aethereas pandere poſſe fores.
Tunc vbi prima nouus reuocabit lumina Veſper,
Et dubio ſtabunt ſidera rara polo.
Turribus è ſummis, magnoq; ex aggere molis,
Artifices ibunt pura ſub aſtra faces.
Et pluuio caelum complebitur igne coruſcum,
Finget & arboreas multa fauilla comas.
Scilicet in varios albeſcet didita tractus,
Qualis ab aethereis ſtella caduca plagis.
Et cadet in numerum, facietq; vmbracula tectis,
Qualia ſtant pictis barbara vela toris.
Vos adeo teneri mecum Paeana Quirites
Dicite, & aethereo carmina mille Duci.
Dicite iò, bellator iò: tibi militat orbis,
Militat auſpicijs Martia Roma tuis.
Et canite eiectum ſtellata ex arce Draconem,
Et comitem pulſum caeca ſub antra chorum.
Ille aſtris bellum, bellum exitiale minatur,
Et parat aeterna pellere ſede Patrem.
Qualis in Aemathia iunctum per Pelion Oſſae
Dicitur in Superos arma tuliſſe Mimas.

Cum

Cum ferus Enceladus ductor sublimis Olympo
Increpuit magnos in sua damna Deos.
Sic Dux ille fremit, desertoresq; manipli
Astra per, & nubes cum fera tela mouent.
Non Pater hos contra duxisse Aegcöna fertur
Centimanum, qualem fabula prisca docet.
Non Zephyros contra, fluuiosq; ad signa vocasse,
Non tonitrus caeli, turbineasq; faces.
Adfuit at subitò Michaël thorace coruscus
Pro manibus centum, centimanoq; Gya.
Pro galea crinale iubar, proq; aere trilici,
Pro clypeo magnum fert adamanta manu.
Pro gladio, tres ille ignes, tres nubis aquosae,
Tres torti radios turbinis ille rotat.
Terroresq; operi mistos, pestemq; timendam.
Vltricesq iras,, fulmineumq; metum.
Ilicet ecce ruunt sub Tartara caeca cohortes,
Lucifugae quales mane fugantur aues,
Nec iam siderei Iuuenes, nec luce rubentes,
Nec iam caerulei versicolore nota.
Heu quantum chorus informis mutatus ab illo,
Cum premeret caeli sidera qualis erat!
Illum squama tegit, rugosi squama cerastae,
Tigridis hunc facies, duraq; terga lupi.

Omnes

Omnes Geryones facti: iam Gorgones omnes,
Quos non vna inter vana Chimaera furit.
Harpyiaeq; ferae, formaq; tricorpore monstrum,
Et ramosa nouem stridet Echidna modis.
Interea Michaël Superùm Capitolia victor,
Et subit auratis templa serena rotis.
Hic spolia, & centum fertur posuisse trophaea,
Et captiua aris arma dicasse Patri.
Stant galeae circũ, stant scuta insana, tubaeq;,
Pilaq; de turpi prodigiosa choro.
Exuuiae templum, templum victoria vestit,
Et varios ornat pendula praeda tholos.
Addite & Assyrios crudeli morte peremptos,
Cum longa Solymas obsidione premunt.
Cum magna Dux ille Syrus Babylone profectus,
Quà face, quà ferro depopulatur agros.
Oppidaq;, & turres, & vallo exuta trabali
Sternit Idumaeo moenia capta solo.
Et iam vrbẽ, trepidosq; graui quatit ariete muros,
Sanctaq; iam templis vellere saxa parat.
Iam parat ardentes tectis intendere pinus.
Iam parat hostiles igne cremare domos.
Non contra pugnare audent, non hiscere contra
Non contra Solymi tela mouere queunt.

Stant

Stant moesti pinnas circum; pauidaq́; corona
Semineces Vrbis moenia capta tenent.
Ne trepidate viri: Michaëlis dextera vobis
Militat, imbelles fundere docta manus.
Ecce Syros somnoq́; graues, vinoq́; sepultos,
Securiq́; necat corpora fusa toris.
Sanguine terra, toriq́; madent, madet vndiq́; caede
Gramen, & ignota subdita prata nece.
Millia singultant, & somnum millia proflant,
Et cum somno animam millia multa vomunt,
Et iam sole rubent infuso hostilia castra,
Cernitur & Syrio mors inopina Duci.
Miratur, velut excitus pecora obruta pastor,
Quae male concidit nocte silente lupus.
Ilicet & castris, signisq́; repente refixis
Diffugit, & patria se Babylone tegit.
Quisquis es, ò Superum modo casus auctor acerbi,
Parce, ait, & meritis iam satiare malis,
Vosq́; Palaestini patrijs incumbite sacris,
Me satis est vestros non temerasse focos.
Sic abit, & trepida soluit formidine mentes,
Et faciunt templis pendula vota fidem.
Sic vtinam Thrax ille tuas, caeli optime Ductor,
Sic Michaël vires sentiat ille tuas.

Aurea

Aurea qui luna contristat signa bicorni,
Et parat heu nostra sternere clade solum.
Vera ne rumor ait, Regalem protinus Albam
Captam armis: captos deditione viros?
Ergo ne magnificis extructas sumptibus aras,
Templaq́; prosternet Barbarus iste ferox?
Illudetq́; sacris, atque inter sacra ministrum
Confodiet miseris terq́; quaterq́; modis?
Fusa ne sacrilega calcabitur hostia turba,
Raptaq́; sanguinea picta tabella manu?
Inter & amplexus, atque intra viscera matris
Filius, heu ferrum sentiet ante diem?
Huc ades ô Michaël telo metuende trisulco;
Huc ades, & duro cinge adamante comas.
Qualis eras, cum bella nigris inimica Cerastis,
Cum bene bellasti proelia prima Patri.
Si tua nunc Hunnis aderit clementia praestò,
Hastaq́; Teutonicis auxiliaris erit,
Sithonias repetetq́; domos, Thracemq́; niualem
Victus, & Euxinas ille reuiset aquas.
Qualis ab infecto rediјt Babylona duello
Sennacherib, cladis nuncius ipse suae.
Odrysias qualis cessit Solimanus in oras,
Cum timet, & magni Caesaris arma fugit.

Aut


Aut qualis refugas Selimus Echinadas inter
Perdidit Ambracio ligna superba mari.
Cum Dux Austriacus, magnusq; in bella Colũna
Fulminat, & Veneta fluctuat vnda rate,
Tempore quo veteres iterum Roma alta triũphos
Vidit, & Ismarios brachia capta Duces.



MARSILIO CAGNATO
Physico praestantissimo.

In obitu Laurentij filij.

ELEGIA.
XXII.



ON tibi debueram dulcis pro munere vitae
Reddere funereos voce gemente sonos.
Sed cantum, & citharae dulcem Cagnate susurrum.
Et doctum Ismarias sistere carmen aquas.
Tempora finissem: venas cum pelleret aestus,
Albus & inficeret lurida membra color.

Et si-

Et sitis arentes fauces siccaret anhela,
Et tereret macie pestifer ora liquor.
Tum primum inuestes tenuis mihi pingere malas
Coeperat, & laeues pluma notare genas.
At cum flore tamen, placido cum vere iuuentae
Debueram vitae rumpere claustra meae:
Ni mihi Orontaea sanares corpora merce,
Ni premeres docta Paeonis arte luem.
Tunc ego quae sacras supplex affusus ad aras
Narraui pro te sedula vota Deo?
Et tibi purpureis optabam solibus annos,
Et cursu semper candidiore dies.
Praecipuè Nato felicia sidera iussi
Ducere Laurenti candida saecla tuo.
Nec Deus auersa susceperat aure susurros,
Non biberat surda commodus aure preces.
Namque tibi facili currebant omnia lapsu:
Cum censu docilis diuite natus erat.
Illi cana fides, illi sapientia cordi,
Quaeq; laborantes ars Pataraea leuat.
Nouerat & calidas è corpore ducere pestes,
Nouerat & quicquid febris iniqua mouet.
Quid vehat Autũnus, quid plũbeus afferat Auster,
Quid parili noceat Libra inimica die.

Quae male compositas iubeant decurrere venas
Sidera, quae iubeant signa sinistra neces.
Mille quid adnumerem studijs leuioribus artes?
Integrosq; iocos, ingenuosq; sales?
Et recti candorem animi, moresq; pudicos,
Pectoraq; officijs intemerata pijs.
Inuidit sors dura tibi, liuentiaq; astra
Tam bene compositum corripuere larem.
Sic vbi veliuolis adnubilat aura carinis,
Mergitur in Siculo puppis onusta vado.
Occidis infelix teneris Laurentius annis,
Occidis heu misero laurus adempta patri.
Qualis Hyperboreo difflatur turbine cerrus,
Pinus & in siluis gloria prima cadit.
Aut seges insano radicitus eruta nimbo
Sternitur, aut nimio vinea plena Noto,
Immiti sic morte iaces moestissima laurus,
Funere sic mergis teq;, tuamq; domum.
Vnde tibi ducam iuuenis miserande querelas?
Quod mihi tam duro in funere carmen erit?
Tu me Palladiam cogis deponere frondem,
Plectraq; laetificis exhilarata modis.
Laurigeramq; comam moesta damnare cupresso,
Temporaq; informi ferre inhonora situ.

Incer-

Incertasq́; fides digitis errantibus ictas,
Et querulo segnem scindere dente chelym.
Moerentemq́; patrem socio lenire dolore,
Ducere & in vnas tela aliena meas.
Parce pater: satis est natum fleuisse parumper,
Te satis est lacrymis immaduisse pijs.
Hispida non semper resonant querceta procellis,
Aut Zephyro fluctus, aut Aquilone gemunt.
Aut viduata comis ad flabra remurmurat ornus,
Aut sola Sarmatico stant adaperta gelu.
Questus mitte graues, & Natum conde sepulcro:
Pectora fortunae non violanda geris.
Nam quid Socraticis iuuat impallescere chartis,
Quid iuuat astriferis inuigilare polis?
Vitae sũma breuis: crede haec sapientia prima est:
Trudit praecipites mors inopina dies.
Scilicet huc aetas, omnisq́; relabitur ordo,
Scilicet haec omni semita trita pede est.



MENSIS MARTII
Calendae.

Romuli, Remiq. Natalis.

E L E G I A.
XXIII.



ARTIA lux oritur, Martis saluete Calendae,
Ex quo principium Romulus annus habet.
Marte grauis nomẽ Mensi dedit Ilia primo,
Ilia, Vestali lecta ministra foco.
Quae Tyberim propter somno dum languet inerti,
Belligero facta est obuia praeda Deo.
Ecce parit geminos: stat Roma auctoribus illis,
Parua quidem, sed mox astra datura suis.
Nempe feret fasces supra Garamantas, & Indos,
Et trans aequoreas regna locabit aquas.
Disperget cum sole manus quà Lucifer ortus
Explicat; & fessos quà mare condit equos.

Qua

Quà cadit in pelagus septeno gurgite Nilus;
Quà rigido tellus squallet operta gelu.
Excipiet gremio populos mitissima victos;
Vincendasque alio quaeret in orbe plagas.
Nec damnis succumbet iners, aut caedibus vllis:
Maior ab exitio semper itura suo.
In terris Gallum prosternet, in aequore Poenum;
Et Siculos vno tempore vertet agros.
Post Cannas, Trebiamque fremet maioribus ausis;
Infremet & casus post Thrasymene tuos.
Quare agite, & Romae cunabula prima canamus,
Sic Latio Martis imperat orta dies.
Quo sunt Ausonidum creti genitore parentes,
Vt veterum quondam concinuere lyrae.
Pergama corruerant; Priamusque iacebat; & altum
Ilion in cineres verterat ignis edax.
Non tamen euersae spes est radicitus Vrbis
Eruta; non omnis Teucria fracta iacet.
Non omnes periere duces, nam Dardanus Heros
Arma per, & flammas expedit ense viam.
Ignibus ereptus Sigeia ad littora tendit,
Mira vbi turritas ornat ab arte rates.
Illum fida phalanx, illum comitatur Iulus,
Raptaque cum Phrygijs patria Vesta focis.

Multa mari passus, cunctisq; pericula terris,
Dum petit Italiam, debita regna suis.
Nam quid ego à primis repeto fastigia causis,
Illa mali labes Diua superba fuit.
Illa iubet profugum longos errare per annos,
Illa polum turbat, concitat illa salum.
Scilicet Aeneas Phrygium conscenderat aequor,
Et tandem Odrysiae littora curua tenet.
Protinus apparent crudelia pectora Thracum,
Et Polydoraeo sanguine feruet humus.
Inde fugam reparare iuuat, ventisq; secundis
Immensum valida puppe retentat iter.
Et caecum Cyclopa fugit, Siculamq; Charybdim,
Et laeto Oenotrios vbere quaerit agros.
Hic odio rursum exigitur Iunonis acerbo,
Et maris arbitrio traditur, atq; Notis.
Didonisq; auido interea retinetur amore,
Ne Latio Phrygios inferat ille Deos.
Namq; resurgentem metuit Saturnia Troiam,
Et Tyrijs metuit bella mouenda suis.
Sed monitu Superum Lybicis auellitur oris,
Et Siculas iterum remige findit aquas.
Praeterit infames scopulos, quà carmine flectit
Ad citharam Syren insidiosa modos.

Itur

Itur & Euboicae secreta ad tecta Sibyllae,
Cui mira mentem Cynthius arte mouet.
Ibitis Italiam dixit, vos regna Latini
Excipient, populis post habitanda nouis.
Vos alia aggeribus condetis Pergama fixis,
Quae Xanthi madeant, quae Simoëntis aqua.
Pergama condetis longum mansura per aeuum,
Surget Auentino Troia renata iugo.
Imperio terras aequabit, ciuibus astra,
Calcabit valido sceptra minora pede.
Carminibus manifesta fides; Nam Troïus Heros
Pandit ab Euboico littore vela Notis.
Et Latium ingreditur paruo comitatus Iulo,
Alba fuit cuius condita Longa manu.
Scilicet ex illo nata olim est Ilia mater,
Quae Marti natos edidit alma duos.
Quos patruus genitos vbi vidit Amulius atrox
Caeruleo mergi Tybridis amne iubet.
Horret lympha nefas, tantũ timet Albula crimẽ,
Condit & herboso pignora bina toro.
Lacte quis hic pueros nescit creuisse ferino,
Vberaq; immitem plena dedisse lupam?
Pastorumq; habitasse casas, & sordida rura,
Et facili tauros edomuisse modo?


Sed cum certa dies voluentibus exijt annis,
 Vomere suspenso deseruere boues.
Lanigerosq; greges, & agrestia rura perosi
 Connectant praedas Marte fauente domum.
Ecce animo maiora mouent, en moenia condunt,
 Moenia septeno nobilitata iugo.
Nempe vbi iam fuerant saltus, pecorūq; latebrae,
 Vrbs est, & vario tecta superba lare.
Consurgunt portae, consurgunt strata viarum,
 Surgunt Tarpeio candida templa Ioui.
Curia quin etiam legitur, sanctusq; Senatus,
 Romulus & centum cogit in arce patres.
Hinc Capitolini sumpsere exordia fasces,
 Sumpsit & Augustum sella curulis ebur.
Talia Troiugenae fuerunt cunabula Romae,
 Quam sternit nullis sors inimica malis.
Nam velut Alpino rupes quae tunditur Euro
 Barbaricas in se negligit esse minas.
Nō illa excidio, casū non deficit vllo,
 Indomito praefert ex adamante fores.
Pulchrius & membris reparat redeūtibus aeuum,
 Ceu posito coluber tergore terga nouat.
Et contra nequicquam atro munita flagello
 Impia Tisiphone proelia dura mouet.

Cernis

Cernis vt aeterno considens vertice ab ipso
Maiores semper funere ducit opes?
Hydra velut secto rursus de corpore crescit,
Aut virides ilex semiputata comas.
Ecce hominum terras, Vrbe'q; exosa iacentes,
Concutit Infernas voce potente domos,
Ipsa aperit caeli postes, ipsa erogat astra,
Arbitrio mundum temperat ipsa suo.
Imperium sine fine tenet, semperq; tenebit,
Terminus Ausoniae n c ditionis erit.
Ergo age Gradiui celebra Roma alma Calendas;
Quae dederunt patribus semina magna tuis
Quin sacris coniunge Vrbis primordia Fastis,
Qui cretum referunt hoc quoq; mense Deum;
Nazareas cum Virgo inter dilecta puellas
Excepit volucres in sua tecta choros.
Sidereum excepit labens in viscera Numen,
Et genito intumuit candida nata Patre.
O miranda fides, lux ò mortalibus aegris,
O terris felix Caelitibusq; dies.
Scilicet hinc mundi venit melioris origo,
Hinc noua sunt auro saecula fusa nouo.
Haec celebrare licet multo nunc gaudia cantu,
Semina quae nostrae prima salutis habent.

Luper-

Tolle lupercales adeo gens Romula ludos,
Orgiaq́; , & medijs turpia monstra vijs.
Gypsoq́; , & minio perducta oscilla rubenti.
Quiq́; ferunt Bacchi nomina, tolle dies.
Ista superstitio vetus est, Trieterica Thyas
Ista olim insano condidit acta Deo.



TAR-



TARQVINII GALLVTII
E SOCIETATE IESV
CARMINVM.
LIBER TERTIVS.

Sanctae Mariae Magdalenae Monodia.

ODE I.



ECVS sidereae domus,
Pubes incola siderum,
Huc pellucidulas veni
Lectura manu,
Lectura sinu
Baccas aequoris Indici,
Quas, heu flebiliter ciet
Aureo Magdala gurgite.
Illa proh dolor,
Illa proh amor.
Cingit ambrosias niues,

Atqui

Atque eburneolo pedi
Iungit labra corallina:
Proh amor, amor:
Proh dolor, dolor.
Dum ſic implicat erritans
Crura brachiolis, modos
Tales gutture muſſitat
Muta vocibus,
Mente ſaucia.
Diue quis mihi lacrymas
Educat, velut obijce
Rupto cum fugiunt aquae?
Et voce gemam,
Et corde gemam.
Me proteruior extitit
Nemo, qui videat vago
Ad nos ſurgere lucidam
De Gange facem,
De Gange diem.
Paret ſquamigerum genus,
Et rerum tibi ſemina
Parent: obſequio tibi
Caelumque venit,
Tellusq́ꝫ venit.

Paret

Parent Aligerum chori.
Et conuexa per ardua.
Pubes didita ſeparat
Noctiſque vices,
Luciſque vices.
Curſu Cynthia menſtruo,
Curſu Cynthius annuo,
Iuſſa proſequitur tua,
Hic luce micans,
Haec nocte micans.
Vna ego, vna ego liberè
Vitare imperium tuum
Diue diſcupij nimis;
Heu dura nimis,
Heu caeca nimis.
Quam ſerò mihi cogniti
Diue ſunt oculi tui?
Serò flammeolas tuas
Agnoſco roſas,
Agnoſco niues.
Haec vt Magdala finijt
Rurſus marmoreo pedē
Iunxit labra corallina.
Proh amor, amor:

Proh

Proh dolor, dolor.
Inde semianimis caput
Tollens, atque oculos graues.
Luctus ingeminat. dolor,
Heu dolor, dolor:
Heu amor, amor.
Dolor, luctus, acerbitas,
Vulnus, lacrymae, amantium
Mista gaudia fletibus,
Et suspirijs
Lacrymantium.
Quam velim in nemore, & specu,
Inter lustra animalium,
Et speluaea rigentia,
Sola degere,
Solitaria.
Sic turtur viduus solet,
Sic Terei facinus solet
Progne conqueri, & increpans
Dura sidera,
Sub vite gemit.
Sic rapta vitula solet
Mugitu tenero nemus
Mater rumpere, & arduas

Voce

Voce flebili
Implere plagas:
Sic agnella per obsita
Dumis tesqua, gregalibus
Relictis, misere suum
Pastorem ciet,
Siluasque ciet.
Ibo, ibo celeri pede,
Et spineta per aspera,
Et aspreta per horrida,
Per dura sola,
Per mare ferum,
Perque inhospita Syrtium
Errabunda; per inuios,
Ignotosque auibus sinus,
Et nocte gemens,
Et luce gemens.
Ibo quà nitidam facem
Nigris ilice montibus
Nunquam Delius inuehit,
Squaletque solum
Aeterno situ.
Vbi pardus, vbi aspera
Tactu tigris, & accubat

Satuis

Saeuis vrſa leonibus,
Capraeq; ferae,
Vriq; feri.
Hic querceta docebimus,
Saxa & reddere concaua
Noſtrae vocis imaginem.
Queſtuſq; graues,
Fletuſq; graues.
Noſtris ſola iterabilis
Echo flebilibus modis
Adſonabit, & aequoris
Exeſus aqua
Sub rupe lapis.
Tum ſtylo, tenuis libri
Laeſo cortice, vulnera
Incidam tacite mea, &
Mentis indices
In ſtirpe notas.
Illa creſcet, & interim
Vos creſcetis amantium
Scripta verba doloribus;
Creſcetq; nouus
Cum ſtirpe dolor
Riuos ducite lumina,

Quibus

Quibus iam vetitum nefas
Visum est cernere non nefas,
Fucumq; leuem,
Aurasq; leues.
At vos candida olentibus
Membra infecta liquoribus
(Nostra ò crimina) mollibus
Distincta toris,
Distincta rosis,
Non olim excipient nouo
Tincta murice vellera,
Non puluinar eburneum,
Non pluma leuis.
Non palla leuis.
Sed posthac recubabitis
Scabro in fornice pumicis,
Saxetisq; rigentibus,
Tophisq; cauis,
Scrupisq; cauis.
Fastu ten potui meo
Diue laedere? qui mihi,
Pingis astra nitentia,
Lunaeq; iubar,
Solisq; iubar.

Tu me in lumen & aethera
Egisti, ac facies dies
Vsque protrahis; insuper
Mentemq; foues,
Vitamq; foues.
Et te, te potui Parens
Commouere procaciter,
Te contemnere perfida?
Heu dura nimis,
Heu caeca nimis.
Dolendum est miserae mihi,
Delendum est etiam mihi,
Moerendum atque etiam mihi.
Dolor, proh dolor;
Heu dolor, dolor.
Dixit: & lacrymis graue
Lumen vertit ad inclytum
Ebur marmorei pedis,
Ostrumq; pedis,
Crurisq; niues.
Interq; oscula sic ait.
O sidonia lilia,
O eburna corallia:
O amor, amor;
O dolor, dolor.

Hen-

Henrico Quarto Christianissimo Galliarum, & Nauarrae Regi.

ODE II.

Lesbios inter modulata ludos
Bella Celtarum, Phrygiaeq; magnos
Galliae partus cithara remisce
Musa fideli.
Mater ò salue generosa Regum,
Mater Heroum; tibi semper vni
Nascitur Regnis Procerum, Ducumq;
Apta propago.
Talis vmbrosa properans ab Ida
Sustinet turres Cybele minantes,
Caelites centum, Superumq; centum
Foeta maniplos.
Nulla sed proles Phrygiae Parentis
Certet Henrico nimis ausa Regi,
Bina qui quassat, geminisq; iungit
Sceptra coronis.
Prima quae cantu sequar, aut relinquam

Vltima Orphaeis celebranda chordis?
Quae prius puro iubeam vagari
Tramite mundi?
Dicam an vt caeli genitus sub auras,
Asperum tangi manibus colubrum
Paruus elisit puer, absciditq;
Colla Cerastae?
I puer faustis auibus pericla
Inter, & mortem; tibi nil nocebit
Liuor Alcidi minitatus alto,
Dixit Haruspex.
Iam fidem fecere bene ominatis
Facta, pennatae celebrata famae
Cantabros inter, Senones & inter,
Inter & Andes.
Herculis ritu sine fraude vicit
Regna terrarum vagus, & paterno
Redditus sceptro, placida penates
Pace beauit.
Adde nunc lauro socias oliuas
Victor, & bello studium Mineruae
Sic leues inter colitur Camoenas
Herculis ara.

Eidem

Eidem Henrico Regi.

ODE III.


Pacis aeternae patere ò corollas
Magne Rex inter variare lauros:
Fronde nam crines amat impedire
Pallas vtraque.
Pace quin gaudes niuea, rebelles
Pace qui dones, iubeasq́ ciues
Esse, quos bello domuisse remur,
Hercule maius.
Talis Alcides domuit nocentem
Creticis Taurum populis, nec vltra
Saeuijt. dignum Ducibus, Deoq́ est
Parcere victis.
Nec ferox hostes minus in superbos
Gallus Alcides fuit, & duello
Nescios vinci superauit aurea
Arte Gigantes.
Fregit erectos nimium, malisq́
Fraudibus Regum capita appetentes;
Fregit insanos, & iniqua semper
Bella nouantes.

Arcadum qualis, Nemeaeq; monstrum,
Qualis informem pecoris magistrum,
Qualis Antaeum male funerauit
Maximus Heros.

Hoc decet mitem, decet hoc seuerum
Imperi Regem: voluisse victis
Parcere, & gentes abolere cruda
Caede superbas.

Perge; sic caelum pete, sic in astra
Itur, & sedes Superum tenentur;
Sic tibi semper rediuiua surget
Fama superstes.

Ante sed Gallis sociata turmis,
Ductor in Thraces inimica verte
Signa, quae patres timuere campis
Saepe Latinis.



In Gratiam Petri Aloysij Carafae, cum de Philosophiae Quaestionibus publicè disputaturus esset.

ODE IV.

Castoris ritu, pugilisq; fratris
Daphnidem fronti petimus decoram,
Poscimus centum potiora signis
Praemia palmae.
Hoc tuum Virtus opus est, pericli,
Aleae & plenum, dubijq; Martis:
Nescios campi, timidosq; flecte
Diua iugales.
Lenis aspira, facilisq; semper,
Puluerem quando petitura Pisae
Increpat pigris dominum lupatis
Biga morantem.



In gratiam Eiusdem.

ODE V.

ITE iam fessi spatio iugales,
Ite: Pisaeae cecidere turmae.
Occidit dura male funerata
Morte Chimaera.
Stella sic iussit, roseumq; lumen
Principis Romae, Latijq; Patris
Signifer, qui nunc populo secundos
Ordinat annos.
Ille, si Mauris minitatur ignis,
Terret & flamma Numidas tremenda,
Barbara ex imo ruet icta ferro
Cirtha Latino.
Ilicet, pictis sinuosa velis
Sidera, insanum domitura Regem,
Ducite huc rursus Marij frementem
More Iugurtham.



In

In gratiam Eiusdem.

ODE VI.

SATIS puluere Olympico,
Pulcro sordida puluere
Languent membra: fugacibus
Quis me proluit vndis,
Quis me Parthenope tuis
Mergat patria fontibus,
Quà vitro melior fluis
O Sebethe nitenti?
O Sebethe loquacium
Formosissime fontium,
Stagnorumque liquentium,
Riuorumque sonantum.



In gratiam Ciriaci Tedellini, cum de Philosophia publicè disputaret.

ODE VII.

Soluimus tandem dubio procellis
Aequore, & nimbos reuocante Cauro:
Alta Clementis Cynosura Patris
Dirige puppim.

Dirigat Graios Helice meatus,
Dirigat Pollux, Heleneq; nautas,
Castoris magni vehat alba quassas
Stella carinas.

Scilicet Clemens mihi vela sidus
Temperat, cuius potuere luce
Insubres flecti, trepidisq; solui
Motibus Alpes.

Illa Romanos micat inter ignes
Stella, fraternis velut aucta flammis
Luce nocturnas meliore ducit
Luna choreas.

Imperet, Gallo renuente Marte,
Imperet, Gallum domat, & tumultus
Sedat Alpinos, timidoq; pellit
Nubila mundo.

De Ferrarienſi deditione, ac pace compoſita inter Hiſpaniae, Galliaeq. Reges.

In gratiam Fuluij Aſtalij de Philoſophia diſputaturi.

ODE VIII.

TEucra Clementi grauitate ſemper
Sceptra ſeruantur bene, cum ſuperbos
Stringit in Reges bona Vaticanas
Roma ſecures.
Quis Padum nuper Tyberi minacem,
Arma quis Galli timeat Garumnae,
Illa ſi virgas dubio reſoluit
Faſce Latinas?
Vidimus pugnas, ſubitoq; motos,
Neſcio fari, miſeros tumultus,
Marte ciuili reſonaſſe totas
Vidimus Vrbes.
Sed metus ponto perijt profundo
Dardanûm fortes vbi terra faſces
Suſtulit: denſas vbi Teucra iunxit
Roma phalanges.

glaua

Flaua sic Thraces vtinam frementes
Astra Clementis timeant Quirini :
Picta sic Mauri metuant fluenti
Sidera velo .



Ad Odoardum Cardin. Farnesium .

In gratiam Laelij Guidicionij .

ODE IX.

Siderum Princeps Odoarde , magnae
Inclytum Romae decus , huc loquaces
Ismari chordas , & amata tende
Barbita Sappho .
Dicam Alexandros , geminumq; mundi
Lumen : hunc ostro celebrem Latino,
Barbaras illum superare crudo
Marte phalanges .
Testis insano ratis hausta ponto
Actios inter scopulos , gemente
Thessala pinu , fluitante lignis
Thrace cruentis .

Testis

Testis aeterno domitus duello
Belga perruptis male tutus undis,
Fagina & Scaldes oneratus arce
Nobilis amnis.
Prouidum certis animum periclis
Consili dicam, celeresque motus,
Robur & mentis dubito, an fugaces
Tela per hostes.
Viuite haeredes, Patruique magni,
Patris & magni iuuenes, auorum
Indoles Regum, dominaeque grata
Sidera Romae.
Viuite, & ferrugineos Parentum
Laude foecunda decorate flores;
Addite & priscis numerosa semper
Nomina Regum.



In Natalem Beatae Virginis.

ODE X.

O *Natam in auras pande puerpera,*
Quae terram, & oras mulceat aetheris,
Ac eluat curarum amara

Tarta-

Tartareas domitura flammas.
Age, & parentis desere carcerem
Puella; te nunc euocat omnium
Natura rerum: te beatae,
Te Stygiae cupiere sedes.
Audis, vt aurei laeta sedilia
Caeli, vt nouenis astra remugiant
Choris, tubisq; aeris canori
Vsque datam minuentis auram.
Sensere frontis iam radios tuae,
Lucemq; diam, qui rigido specu
Clauduntur Orci, qui tremendi
Regna colunt latebrosa Ditis.
Qualis renascens acta iugalibus
Aurora mundum laetitia ciet,
Herbasq; camposq; aestuosos
Rorifero leuis afflat Euro.
Talis sub auras cum caput exeris
Puella, fessos Isacidum choros,
Flammisq; Phlegraeis anhelos
Sideribus recreas amicis.
Tuisq; tellus inclyta foetibus,
Nouisq; pomis planta superbior
Testata cunas, prouocare est

Visa

Visa Syras, Phrygiasq; merces.
Pomona lucet viua sub arbore,
Cui tinxit ora, & labra nitentia
Formosa Virgo, quae rubores
E nitido iaculatur astro.
Et vite gemmae de Psythia nitent,
Liuentq; nigris grana coloribus,
Autumnus aureus quae laborat
Purpureo variatus ostro.
Salue ò benigno copia ditior
Effusa cornu, quam tribuit Pater,
Diuina cum primum Puella
Aetherias capiebat auras.
Non tu capellae vinceris inclytae
Cornu reciso robur ad ilicis,
Quod plenum Amalthea tulisse
Fruge bona ad Iouis antra fertur.
Non tauriformis te Calydonij
Vincit fluentum, cui vagus Hercules
Truncum reuulsit, quem corona
Nais odorifera reuinxit.
Fama est ab illo, diuite copia,
Est fama mendax, dicitur attamen,
Illinc pependisse vniuersas

Ruris

Ruris opes, nemorumq; cultus.
Sic Diua mentis ſuggere copias,
Sic floridum ver, ſic animi bona;
Virtutis autumnum, & virentes
Diuitias melioris aeui.
Sic peſtilentes elue ſpiritus,
Tuoq; caelum flamine noxium
Deterge: inoffenſo voletq;
Vita pede, intrepidaq; penna.
Sic foedus ictum Santonicis foue,
Pacemq; ſerua Diua Numantiae,
Thraciſq; deuolue ad Trionum
Sceptra Ducem, dominamq; Romam.



In Beatae Virginis Natalem.

ODE XI.

QVid cunas Nomij ſemper Apollinis,
Quid Cretae ſonitum, cymbala quid, Iouis,
Alcidemq; trinoctem
Cantu dicere quid iuuat?
En felix liquidum prodit in aëra
Virgo, purpureus qua melius nihil

Phoebus

Phoebus viderit vnquam
Auram carpere luminis.
Qua nil siderei visere Caelites,
Excepto Superum Rege, decentius,
Nil maius potuere,
Nil diuinius vspiam.




In Annunciationem Beatae Virginis.

Pacificato Deo tolli bella debere.

ODE XII.

EXcita feruent proelia classico
Quibus cruentus Memnonis à domo,
Alcidis ac vltra columnas
Sanguineo madet orbis imbre.
Sopite Reges dissidij facem,
Et pacta tandem foedera iungite,
Hyrcana ni vestrum leaena
More nefas meliore damnet.
Namque ecce, multus depluit vt Deus,
Pacemq; latè nubila praeferunt,

Mitescit Afris in latebris
Tacti nouo fera muta sensu.
Gangetis atrox bellua pristinos
Oblita mores, cum timidis venit
Ad pabulum damis, & agnos
Blanda fouet velut vrsa natos.
Aduersa tandem dissociabili
Natura quamuis dissita limite,
Coiuit; & nexu perenni
Foedus amant elementa certum.
Pax astra curru, pax mare praeterit,
Temone Iberos pulsat, & asperos
Temone Thraces: Sarmatasq;
Scuta humeris reuocare cogit.
Quare duellum tollite barbarum,
Ensesq; curua in rastra recudite:
Deo iubente & largiente,
Ne liceat renuisse pacem.



In Ca-

In Castitatis laudem.

ODE XIII.

Vix nata mendax hortus Adonidis
Deponit aurei gramina cespitis,
Et quos Fauoni nutriere
Auxilio genialis aurae,
Dat vna flores excidio dies.
Perenne nil est nempe sub aethere,
Perenne nil est, quod patentis
Fornicibus cohibetur orbis.
Puella, sanguis dum viget integer,
Candore vultum pingit amabili,
Latoa qualis cum reducto
Circuitu secat alba nubes.
Quin, dum virenti stat iuueni decor,
Rubore tantum purpurat ebrio,
Quantum per herbosum rubescit
Caltha solum redeunte vere.
Sed quàm caduco lumina pascimus
Honore! nam mox effluit, effluit,
Vt pigra surrepens senectus
Aridulis arat ora rugis.

Columba talis lumina decipit
Cum colla purum motat ad aëra,
Aut astra picto cum recinctu
Versicolor variauit Iris.
Ligustra canis florida ramulis
Immista vulgò sentibus albicant,
Et ludicrum myrti puellis
Dulce virent vbi ridet aether.
At cum furenti proelia turbine
Sopita praeceps suscitat Africus,
Virgulta languescunt, decusq́
Obteritur leuiore flabro,
Intaminato pectore quae vigent
Non sic pudoris lilia defluent,
Non sic pudici deperibit
Floris honos strepitante Cauro.
Namq; ecce acuto flumina dum gelu
Concreta torpent: dum grauis Algidi
Vertex pruinosa minatur
Mole polo, increpitatq; nubes;
Maiore dum se proripit impetu,
Niuemq; late collibus aggerat
Eurus, nec ictae parciore
Frigore commoriuntur herbae.

Mi

Mi nunc pudoris flos melius nitet,
Nouaq; surgit prole superbior:
Mi nunc tepentis verna primum
Est species patefacta caeli.



In S. Caeciliae corpus integrum in tumulo repertum, ac de integro compositum.

ODE XIV.

NOn timent aeui rabiem pudica
Membra, vel centum licet vsq; lustris,
Et sub Alpino tumulata sidant
Frigida saxo.
Testis annoso reuocata busto
Mille post ortus, obitusq; Solis
Caecilis, magni soboles Quirini
Romula Virgo.
Quae, velut viso colubro, mariti
Fugit amplexus, digitosq; dextrae
Soluit adiunctos, & anhela puris
Oscula labris.
Illa cum primum thalamos iugales

Intrat, heu castum positura florem,
Dicitur Sponsum grauis allocuta
Voce proteruum.
Sperne Sirenes nimium propinquas,
Sperne: Thyrreni maris inter vndas
Qualis ad duram religatus ornum
Spreuit Vlysses.
Corpus hoc nunquam, fuge suspicari,
Polluet quisquam: sibi seruat aureis
Sponsus ex astris, habiturus olim
Omne per aeuum.



De sancta Maria Magdalena.

ODE XV.

Qualis Alcides vbi monstra terrae
Strauit, & ferro domuit Chelydrum,
Cui trecenteni totidem tegebant
Colla colubri.
Talis infandum scelus expiando
Magdalis pestem Veneris domabat,
Qua nihil peius potuit Iugurthae
Visere tellus.

Illa per damnum fruticat, per ictum
Fertilis monstri seges: illa semper
Silua succrescit, capitumq; surgit
Dira propago.



De studio Litterarum renouando.

ODE XVI.

NOn flore semper gramina purpurant,
Non prata vernis picta coloribus
Semper rubescunt: nec tenorem
Annus habet refluens eundem.
Tandem senectam functa laboribus
Natura ducit, pronaq; tempora
Dum se volutant, in iuuentam,
Canitiem, seniumq; portant.
Senescit alto nauis in aequore,
Et pigra merces reijcit Indicas,
Ni querna mercator vetustae
Robora restituat carinae.
Squaleret ornis consitus hispidis
Apex in Aemo, stagnaq; frigore

Semper rigerent, ni recessus
Frondiferos renouaret aestas.
Quin alma curru Cynthia caerulo,
Cum trunca miscet cornua nubibus
Ignes ademptos, & retusas
Accelerat reparare flammas.
Amat vetustis languida mensibus
Natura vitae restitui nouae:
Sic Ales Eous priorem
Emoriens renouat iuuentam.
Et cauta discit frangere marmore
Rostrum recurvum, quo laceret feras
Regina praedatrix volucrum,
Cum senio pigra languet aetas.
Eamus: alas sumite pristinas
Quicumque mecum nubibus obsitas
Tranatis oras: hàc licebit
Mente noua per inane ferri.
En vt canoram mutor in alitem,
Cum fonte rursus proluor aureo.
Et arma retractans Apollo,
Corda nouo mouet icta sensu.
Iam findo pictum plumiger aethera:
Abite curae: si mihi suppetat

Haec

Haec aura, contemno Gelonos,
Et Scythicos animosus arcus.



In SS. Nereum & Achilleum. Quorum corpora de integro condi iussit Card. Baronius.

ODE XVII.

QVis hic metallo busta Corinthio,
Semperq; viuis ponat honoribus,
Quis sculptor extremis in oris
Nostra notet monumenta ferro?
Huc crispa defer robora Atlantico
Desecta saltu, non cariem suae
Sensura putentem senectae,
Nec tinea peritura turpi.
Intaminatis laudibus vt cinis
Aeterna fratrum saecula censeat.
Qui, vita dum mansit, nec enses,
Nec Latios timuere fasces.
Vt misit illos hospita Pontia
Inhospitalis Caesaris ad manus,
Deserta Tyrrhenis in vndis

Flauia


Flauia ſic ceciniſſe fertur.

O quàm ſecunda ſoluitis alite,
O quàm benigno lintea ſidere
Diffundere auris dat Fauoni
Veſtra maris per aperta puppis.

O ter beatos: ibitis, ibitis
Per & Quirini tela, per & Cruces,
Per & bipennes, & per ignes
Aethereas repetetis aedes.

Et tempus olim cernimus adfore,
Quo templa vobis marmore candicent,
Sacri Senatus cum Sacerdos
Veſtra pio leget oſſa cultu.

Hic ſancta viuant oſſa perennius,
Viuant tabellis abdita cedrinis,
Aetaſq; poſt annos voraces,
Ne rabido petat illa morſu.



In no-

In nouum sancti Alexij Tumulum à Card. Parauicino excitatum Anno M. D. XCVII.

ODE XVIII.

MVtantur aeui tempora pristini,
Fugantq; mores sidera noxios,
Et pulcra conuersus metallo
Saecla polus meliore fundit.
Viuebat olim fama Quiritium
Casura nullo temporis impetu,
Et nomen incisum sepulcris
Dalmatico radiabat auro,
Si cui iuuencus millia iugerum
Triuisset, aut cui census in horreis
Praegrandis esset: vel benigno
Prospera cui famulata cursu
Fortuna, ponto siue ab Iberico
Tulisset Indum nomen in vltimum,
Aut nobilem si quem Boöti
Fecerat, Arsinoaeq; nigrae.
At nunc Philippi scilicet occubant,
Ignota Tullos vrnula contegit,

Nulloq;

Nulloq; seruatos honore
Busta fouent cineres vetustos.
Sed qui caducis non inhiat bonis,
Opesq; largas qui bene dissipat,
Non hunc perire aeuo fugaci
Fluxa dies patitur, nec aetas.
Et iam mearum nobilis extitit
Sententiarum testis Alexius,
Asperrima quondam minores
Pauperie ratus esse gazas.
Plus immerentis coniugis osculum
Toriq; plumas, & thalamum suae
Albo reformidans pauore,
Sibila quàm viridis colubrae.
Illi diei post obitus vagi,
Ortusq; multos, cum cinis aridis
Vix ossibus restat, perenni
En redeunt monumenta saxo.



In

In Sancti Athanasij laudem.

ODE XIX.

FLumina nō semper fugientibus aucta pruinis
Turgidiora fluunt.
Squalida non semper velamine nubila nigro
Sidera clara tegunt.
Nec semper Siculis equitat latrantibus Eurus
Imperiosus aquis.
Murmura post Cauri, ludit pellacia ponto,
Et placet ipsa sibi.
Cernitis? aethereas Athanasius additus astris,
Emicat inter opes.
In quem olim insani desaeuijt ira Tyranni,
Indomitusq; furor.
Quem Gangis pepulit potor, quem potor Iberi,
Et plaga pigra Senis.
Littoris Eoi quem perfidus accola terras
Egit in occiduas.
Cui siluae latebris interdixere remotis,
Brutaq; terra solo.
Altior ille tamen subter labentia picti
Despicit astra poli.
Vt reuoluta vices immutant tempora, vt aeuū
It series melior!

De fu-

De futuro Orbis terrarum Incendio.

ODE XX.

Heu carpit horis tempora edacibus
Auarus annus, ductaq; feruidis
Natura quadrigis, in horam
Praecipitat, trepidatq; metam
Pernix supremi tangere funeris.
Dies fugaci praetereunt pede.
Nec sustinet soles caducos
Lubrica conditio diei.
At diues alto sidera vertice
Tangit, nec aulas parcius instruit:
Componit ingentes aceruos
Immemor ah nimium futuri.
Delebit heu, heu, nescio proloqui,
Dies supremus regia culmina,
Aequisq; consumet fauillis
Regna Ducum, populiq; fundos.



In simu-

In simulacra quae in Aegypto aduentu Christi Pueri corruerunt.

ODE XXI.

Quis tantus alto labitur aethere
Turbo? quis Euri praecipitat furor
Priscos Penates, diruitq;
Flaminibus simulacra Diuûm?
En tecta caeci fulminis impetu
Impulsa nutant, scissaq; comminus
Testudo iam ducit ruinam, &
Ore fatiscit hiante tellus.
Iacet caduco verbere saucius,
Lugetq; sortem Iuppiter vltimam:
Incensus hic Ammon recumbit
Lapsus humo, & viduatus armis.
Osiris illic patrius ingemit,
Osiris vnquam non satis Isidi
Quaesitus, & latrans Anubis,
Et pedibus male nixus Apis.
Paruus Puellus sic Deus imperat,
Incesta Memphi. Tu quoque corrues,
Natum verendum ni fouebis
Hospitio, profugamq; matrem.

In Pa-

In Papillas Sanctae Agathae.

ODE XXII.

PEltata sectis vberibus mares
Virgo recusat, quae Scythiae gelu
Duratur, a gentiq; caelo
Terribili metuenda ferro.
Quid ergo molles forcipe torrida
Mammas pudicis vellis ab artubus
Caesar? reluctantem mouebis
Scilicet hoc animum dolore.
Hinc illa saeuos despicit impetus,
Nec tela curat militis aspera:
Contemnit irati, trucisq;
Caesaris indomitos furores,
Lictor nouandi vulneris impotens
Magis pauescit vulnere Virginis,
Quàm Virgo, quae blandas recusat
Diuitias, Latiosq; fasces.



In diem Pentecoſtes.

ODE XXIII.

RIgat aethram, rigat orbem radiorum
Fluuio ales amoris; mihi pectus
Hiat aeſtu: face dia coquit ardor, iuuat vri.
Fugitabo celer vrbes, hominumq́ alloquia: ibo
Vbi coetus Superorum cubat aureis
Torulis, & ferar ad gaudia, cantuſq́ piorum.
Libet enſes, libet ignes, & Auerni
Furiales acies vertere retro,
Pauidos ipſe agitabo iuga per dura leones.
Deus ambit mihi venas latitantes:
Age numen, duce flamma, pharetratas
Animoſus Scythias, & mare viſam Garamantũ.



In Euchariſtiae laudem.

ODE XXIV.

SAt conuiuia Punica
Laudat qui Latijs finibus intulit
Aeneam patrio lare,
Et tectis profugum Laomedontijs.
Sat menſam Alcinoi canit
Qui multo reducem monſtrat ab aequore
Quaſſa Dulichium rate.
At me delicias dicere barbaras
Non ſic carminibus iuuat.
Dicendum eſt epulum, quod Cerealibus
Totum ponis in orbibus
O Rex omnipotens, cui famulantia
Caelo ſidera ſeruiunt.
Qua vos ò epulae concelebrem lyra?
Non ſi lauricomis mihi
Crines impediat Mantua ramulis,
Non ſi Smyrna decentibus
Sertis, atque hedera tempora vinciat,
Grates reddere ſum potis.

Nam

Nam quid? sidereo vescor in aethere,
Astrisq; in medijs sitim
Fas est caelicolum pellere nectare?
Ah quae (me miserum) queo
Istis pro meritis digna rependere?
Vnum, quod superat mihi:
Me met fingo tibi, me voueo tibi.
Quamuis; quid Sater optime
Clausum stelliferis limitibus, tuum
Non sit? sum tuus attamen,
Sum Rex ò Superùm perpetuùm tuus:
Dum stabit grauidae globus
Telluris vacuo fixus in aëre,
Dum certas nitidus vices
Euoluet rapida Phoebus ab orbita;
Dum noctem excipiet dies,
Dum solem excipient astra volubilem,
Ignis dum repetet polum,
Amnes; dum repetent aequora; sum tuus.



Ad Scipionem Cardinalem Burghesium.

Cum in Romano Collegio depictis in eius laudem argumentis exceptus est.

I.



Cipiadum sanguis, soboles ò clara Quirini,
Tecta subi, & laudis perlege signa tuae.
Quam nulli virtutem animo comprendere fas est,
Hanc liquidus docta pinxit ab arte color.
Nam tibi qui magno latitant in pectore sensus
Nouimus, & verum per simulacra decus.
Sic solis quos ferre oculis non possumus ignes,
Impressos vitreis cernere praestat aquis.

In depictam Vraniam de Card. Burghesio.

II.

O Quae caeruleo sortiris ab aethere nomen
Vranie, & mundi signa per alta volas.
Dum radio caelum metiris, & astra recenses,
Ne pigeat brutum cernere mente globum.
Aspice quod nostris affulsit in aedibus astrum;
Si sapis, hoc etiam flexibus adde poli.



In eandem Vraniam.

III.

VRanie, quae sola doces Atlanta magistrum,
Ducis & Argolicos caerula in alta viros.
Non tu Burghesium docta clarabis in arte,
Otia non illi haec credita Roma dabit.
Verum est: Romulidem populis dare iura decere:
Non Radio, sceptris nascitur ille Ducum.

De Perseo Medusam caedente. Ad eumdem Cardinalem Burghesium.

IV.

ACcipe quae caesae tibi fingimus ora Medusae,
Nempe tuis, Persei facta minora puto.
Gorgonis anguiferum caput à ceruice reuulsum
Terrorem Regno narrat abesse tuo.
Ite alacres: Latia cessit metus omnis ab Vrbe.
Regnum sub miti Principe tractat amor.



Thalia Gratiarum vna Cardinali Burghesio dicata.

V.

QVae tibi pro meritis Prīceps Romane Thalia
Ponitur, haec olim verba loquetur anus.
Hic grates finxit, nequijt qui reddere Regi;
Gratia non alijs est referenda modis.

Terpsicore Musa cum cithara: Ad Cardinalem Burghesium.

VI.

HEm tibi Terpsicore Princeps: non dulcius vnquam
Barbiton, & missum sollicitauit ebur.
Illa hodie te pro cithara sibi sumere visa est,
Pro fidibus, mores pulsat & illa tuos.
Non Orpheus sic dulce canit. Concordia morum
Credo etiam rigidas duceret ista feras.



Musae nouem sine Phoebo depictae. Ad Cardinalem Burghesium.

VII.

QVi locus Aonidas inter vacat auspice Phoebo,
Ne contemne: tibi Scipio magne vacat.
Ingredere, & votis Musarum assuesce vocari:
Cetera sunt magni Principis: ista Dei.

Idem Argumentum.

VIII.

QVi sine patre nouem miraris Apolline Musas,
Accipe quæ vero Pieris ore sonat.
Signa sumus sine mente Deae, quae Cynthius au-
Non potis est numeris hic animare suis. (ctor
Ecce animos, vitamq; dabit Burghesius hospes:
Ille potest pictas ore mouere Deas.



Erato Musa. Cardinali Burghesio dicata.

IX.

BVrghesio sacra sis Erato, quae flectis amores
In numerum, citharas postulat ille tuas.
Hic non terret, amat populos, & amore fouenda,
Non gladio Regum sceptra tuenda putat.
Sic fasces tractare decet, Latiasq; bipennes:
Temperet inuitus barbara Regna timor.

Idem

Idem Argumentum.

X.

HAec Erato monumēta feres à Principe, qui te
Aduentu iussit surgere in astra suo.
Illi pro merito mollem cantabis amorem,
Sed qualem Ausonij Principis esse decet.
Hic formidari renuit; sed poscit amari,
Si quis erit gratus, cantus amoris erit.



De eodem Cardinali Burghesio. Ad Berecynthiam Aquilis vectam.

X I.

QVae natos complexa Deos laetissima curru
Duceris, & Romae moenia summa tenes.
Hunc etiam iuuenem Berecynthia mater adopta,
Nec dubita Ausonios inter habere Duces.
Ille tuas Vrbes, & quas geris optima turres
Munifica felix amplificabit ope.
Talis Romulidas inter tibi fulserit ille,
Qualis aues inter Delia fulget auis.

In

In laudem Ferdinandi Gonzagae Card.

XII.

PRincipibus foecunda pijs gens aurea, tuq;
Gonzaga imperio nobilitata Domus,
Illustres in lucem animos, seu Marte sagato,
Seu sit opus docta Pallade, prima vocas.
Hunc etiam Iuuenem, sceptrũ cui Mantua, viuo
Patre negat, Regem purpura Teucra facit.
O stellis aequanda domus: memorabere fastis
Quot generas, terris tot genuisse Duces.



Ad eundem Ferdinandum Gonzagam Card.

XIII.

PRiuatae Iuuenis nunquam contagia sortis
Passus, & aequaeua cum ditione satus.
Accipe quod Latius Pater offert muricis ostrum,
Nec pigeat sceptris iungere sacra tuis.
Non regit Ausoniam quisquam, cui tẽpora circum
Infula Regales non tegat ante comas.
Regna diu stabunt, eadem cum dextera Regnis
Imperat, atque eadem dextera sacra facit.

De

De admirabili Sapientia eiusdem Cardinalis Gonzagae.

XIV.

Verum est, Maeonia canitur quod voce, magistrum
Discipulis vnum Regibus esse Iouem.
Ille mihi testis teneris Gonzaga sub annis,
Cui caput Ausonio murice vitta tegit.
Seu sonat eloquio, ciet aurea flumina linguae,
Seu numeris, vincit Calliopea tuos.
Seu rerum naturam aperit, tacet omne Lyceum,
Seu Radium tractat, vincitur arte Conon.
Possit & arcanos nodos, aenigmata possit
Soluere, mortali vix soluenda sono.
Tanta quis à magno didicit Chirone? magistrum
Huic ego crediderim nempe fuisse Deum.



Ad

Ad Bellarminum Cardinalem creatum.

XV.

CRedidimus priscis renouatū moribus aeuum,
Cum posita est capiti vitta Latina tuo.
Vltro ostrum offertur: vix induis vsque rogatus;
O nostris probitas vnica visa plagis.
Digna legi virtus. vnum te purpura prensat:
Ceu Dea quae colitur, supplicat vna tibi.



De recepta Ferraria. Ad Clementem Octauum Pontificem Maximum.

XVI.

VT tua ad Eridani mouisti sidera Clemens,
Protinus edomiti terga dedere metus.
O quem te memorē? pugnae sine murmure vincis;
Suscipis hostili praelia nulla modo.
Nempe Patri supero bellas mitissime victor,
Qui tam pacatis vteris auspicijs.
Tolle age Threiciam contra tua sidera lunam,
Illa tuis astris Luna retusa gemet.

Ad eundem Clementem Pontificem.
In eodem argumento.
XVII.

Corniger Eridanus terrae, pelagoq; timendus,
Districto totum terruit ense Tybrim.
Interea rauco sonuerunt classica cantu,
Et timuit veteres Itala terra faces.
Sustulit haec contra flauentia sidera Clemens,
Et domuit tumidi protinus arma Padi.
Tolle animos Clemens, gentilia sidera tolle,
Succedent omnes ista sub astra plagae.



De Ferrariensi deditione, à Caesare Estensi facta. Ad Clementem Pont. Max.
XVIII.

Protinus ò Clemēs vbi tollis in aethera palmas,
Protinus emoti Caesaris ira cadit.
Fulmen vbi rigidus contracta fronte minaris,
Ipse etiam tecum fulminat igne Deus.
Principe cum tanto coniungite foedera Reges,
Et Tagus, & Ganges vestra sub arma fluent.
Tuq; adeo Caesar Clementi victus ab hoste,
Vince alios isto pectore, cede Deo.

De

De eadem Ferrarienſi deditione. In laudem ipſius Caeſaris Eſtenſis.

X I X.

CAeſar eras latè dominus, quà diues opima
Amne ſuperfuſo currit in arua Padus.
Si non ſorte tua felix, aliena petiſſes,
Fors erat, vt rebus non poterere tuis.
Caeſaris eſſe probas, fuerant quae Caeſaris vna,
Et ſua iam diſcis cedere regna Deo.
Ecce tibi pietas cum foenore cuncta reportat,
Et qui iam fueras, nunc quoque Caeſar eris.



Marchio Villenae Hiſpanus Romae Legatus Seraphinae Coniugi benemerenti, altera Iuſta Romae perſoluens, vbi mortua erat.

X X.

EXtincti cineres iterum ſaluete: fauillae
Quas poſſũ lacrymas reddere, do lacrymas.
Eſt nobis Romana ſemel ſola tangere tanti,
Vt ſine te cogar ducere, Vita, dies.
Sit tanti; quando corpus complexa ſepulcro eſt
Buſtum Auguſtorum maxima Roma tuum.

De obitu eiusdem Coniugis.

X X I.

PEr terrae, tractusq; maris Romã vsq; secuta es
Magnum animi constans ò Seraphina virum
Tractasses inuicta pares cum coniuge curas,
O patriam Regni flectere nata ratem.
Si sineret mors atra: suae Germanicus ipse
Non te Agrippinae posthabuisse velit.



In Aedem Sanctae Priscae, à Iustiniano Cardinale instauratam.

X X I I.

HAec hospes, quae tẽpla vides labẽtia, quondã
Callistum Priscae restituisse ferunt.
Haec iterum, Octauus condit dũ saecula Clemens;
Restituit larga Iustinianus ope.
Ille nouos apices, tabulataq; reddidit, ille
Iussit Apellaeas tecta referre notas.
Dignus cui prisco fundantur saecla metallo,
Dignus quo redeat Principe prisca fides.

De

De Torquato Tasso Poëta primi nominis Tumulo carente.

XXIII.

SIc Torquate iaces merito sine honore sepulcri?
Tantus Tasse cinis sic tumulandus erat?
Marmor vbi, Pariusue lapis, citreaeue tabellae,
Nominaq; insigni conspicienda nota?
Nimirum nullo capitur tua fama sepulcro:
Te bene qui posset condere, nullus erat.



De Veteri Vrbe Roma disiecta.

XXIV.

VIdimus Oenotrias arces, euersa duello
Vidimus in cineres saxa Latina leues,
Nimirum in seros pestis fluit illa nepotes:
Dardanus hac haeres peste necandus erat.
Teucria sic fuerat, Teucri sic Roma Quirini
Debuit in cineres succubuisse suos.

In

In Vrbem nouam.

XXV.

IMperium sine fine datum tibi Roma perēne est:
Fulcrior è quanto funere ducta redis?
Et crescis per damna, vlmus velut icta bipenni,
Caesaq; foecundo vulnere, plura paris.
Est tanti cecidisse tuum Roma inclyta, tanti:
Si stares, esses Roma superba minor.



In eandem Vrbem nouam.

XXVI.

CEsserat Hyrcanus tibi Roma, seruusq; Niphates,
Atque tui tellus iuris, & aequor erat.
Alternat sed saepe vices fortuna volucris;
Hanc bene si vinces; vnica palma tua est.
Vincetur. Noua consurgunt en moenia Petro,
Casura, extremus cum cadet orbe dies.
Scilicet innumeros praeter fortuna volauit:
Hic alas tandem perdidit illa suas.

De Christi Natali die.

In descriptionem orbis terrarum ab Augusto imperatam.

XXVII.

IN terris Deus est: lustrum quid inutile cōdis?
Quatuor & reuocas ad tua iura plagas?
Non tua te fortuna capit ter maxime Caesar:
Si tua vis melius scribere, scribe Deum.



In Herodiadis Puellae mortem, quae Io. Bapt. Caput ab Herode petiuerat.

XXVIII.

IMprobe amor, scelus ipse iubes, paenasq́; reposcis
Ipse tuo sceleri, sed sceleri similes.
Testis quae dia caput à ceruice reuulsum
Emeruit saltu foeda puella suo.
Illa gelu, pigras amnis dum traijcit vndas,
Frigore concretum sub pede rupit iter.

Eminet:

Eminet: & glacie collum vix pensile summa
Sustinet; ac moto calce lacessit aquas.
Sic salit in numerū moriens quae viua verendum
Ah potuit saltu promeruisse caput.



De Sancto Thoma Apostolo, qui ad Indos Euangelium detulit.

XXIX.

QValis Alexander gemino tandem orbe subacto,
Quas subigat plures vellet habere plagas,
Talis abis Thoma disiunctos victor ad Indos,
Et tibi tam magnus non satis orbis erat.
Non Hyrcana satis sunt saxa, nec intima Persis,
Non Parthi non sunt vltima Bactra satis.
Vera licet virtus toto spatietur in orbe,
Attamen angusto clauditur illa loco,



De S. Ludouico Rege, qui ad Christi Sepulcrum à Barbaris vindicandum profectus, in expeditione mortuus est.

X X X.

Asserere inuicto properas dum milite bustum,
Quo nece composuit frigida membra Deus:
Ipse iaces subito Ludouice in littore Poeno,
Et busto exciperis, dum pia busta petis.
Nimirum tanti est sacrum asseruisse Sepulcrum:
Illa etiam Regum postulat Vrna necem.



De eodem S. Ludouico prope Tunetum morbo pestilente consumpto.

X X X I.

Flete alios, Spartana monet sic Gallia, Celtae,
Flete alios: vestrum sic decet esse Ducem.
Occidit, & sese, Tyrios vt perderet hostes,
Quod decuit fortem, perdidit, atque suos.
Hic vere meus est, Regalia templa capessat,
Et bene Caesarea contumuletur humo.
Quod si flere tamen libeat, hoc flere iuuabit,
Hostili vestrum non cecidisse manu.

De eodem Sancto Ludouico extincto. comparatur cum Tiphy.

XXXII.

DEfletus multum ad Superos, dixere sodales,
Tiphys in ignoto littore semper eris.
Quis per Cyaneas Argo, Syrtesq; reducet,
Si misero positus funere Tiphy iaces?
Vertite iter Galli: Ludouicus concidit, & vos
Qui possit Tiphys ducere, nullus erit.



De Cilicio, quod gestare solitus erat idem Rex Ludouicus.

XXXIII.

NOn triplici munit Ludouicus pectora ferro,
Sed rigido setis tegmine membra tegit.
Illud agunt qui se nimium, corpusq; tuentur,
Hoc quicumque facit, militat ille Deo.

De eodem sancto Ludouico, expugnationem Hierosolymae meditante.

XXXIV.

SAxa mouens numero testudinis alta canorus,
Moenia vocalis condidit arte faber.
Sic potuit Thebe poni: quo more cadentes
Aspicere & Solymas ò Ludouice potes.
Virtutum tibi dulce canit concordia discors:
Hoc fortasse cadent moenia victa sono.



De S. Caecilia, cuius Corpus Clemente P. M. inuentum, de integro conditum est.

XXXV.

SOlis post varios cursus, variosque recursus,
Caecilis è tumulo protulit alma caput.
Templorumq; aliam formam cognouit in Vrbe,
Clementis Latij Principis illud opus.
Vult iterum condi manibus Clementis in vrna:
Tantum etiam Superis hae placuere manus.

De Ma-

De Maria Magdalena.

XXXVI.

Magdalidẽ dum non molli requiescere somno
Cura vel in lecto coelibe perpetitur,
Adstitit ad fulcrum crocea sub nube coruscans,
Et monet insomnem carmine dius Amor.
Solue metus: atq. ad Iuuenem fer Magdala gressũ
Cui multum roseo Numen in ore sedet.
Aureolos illi sparge in vestigia crines,
Aureaq; in niueas inijce vincla manus.
Inijce vincla, manus vindictae vt fulmina ponãt,
Ne se proripiat, subijce vincla pedi.

De eadem Magdalena. loquitur ipsa.


XXXVII.

O Ego quid vanis nequicquã conqueror auris?
Panditur ad nullas aetheris aula preces.
Nam nos à superis via diuidit inuia longe,
Noxia ni tingat membra salubris aqua.
Sed noua si mulier caeli noua limina tento,
In me sint veniae nunc documenta noua.
Quare age non solita Iordanis proluar vnda,
Me lacrymis mersam sit satis esse meis.

De Beatae Virginis Natali.

XXXVIII.

TE quibus aequiparē Virgūcula Nata puellis,
Cui decor, & dius lūmina pinxit honos?
Ipse puellares quanquam coniungis Apelles,
Et geminas cultus, emicat illa magis.
Scilicet inferiora Deo vix lumina finge,
Et similem si vis fingere, finge Deam.



In Dedicatione sancti Michaëlis Archangeli in Monte Gargano.

XXXIX.

FVgerat ingrati quondam iuga taurus aratri,
Quem cursu pastor, missilibusq́ premit.
Sed redeunt iacula, auctoremq́ reflexa lacessunt,
Contortaeq́ oculis cuspidis auctor abest.
Pone metum pastor. nouus hāc querceta tuetur
Arcitenens: Michaël vindicat ipse locum.
Ergo aufer procul hinc arcū, procul arma Cupido:
Qui melius feriat pectora, venit Amor.

Diuus

Diuus Sebastianus sagittis confixus.

X L.

HYstricis in morem riguit mihi cuspide corpus,
Pennaq; subrectis eminet hirta comis.
Hinc volat aetherias animus mage liber in oras,
Cui varias fecit crebra sagitta vias.
I Caesar mihi mille para tormenta, crucesq;
Si bene sic semper Caesar inique noces.



De Sancto Palmatio Consule, Martyre.

X L I.

HVc mihi Palmati caput affer Cõsulis, inquit
Barbarus, i lictor, palma sit illa mea.
Lictor abit. Sentit dominas in colla secures
Consul, quas solitus stringere Consul erat.
Barbarus exultat palma, quam mille triumphis,
Quam palmis praefert pulueris Herculei.
Falleris infelix. assurgit pondere palma
Pressa suo, & sursum fortior vsque redit.
Parte sui meliore viget Palmatius: illam
Vincere si poteris, palma sit illa tua.

De

De sancto Simeone Salo, hoc est, stulto.

XLII.

STultitia caruisse haud est sapientia prima,
Sed prima est, animo accersere stultitiam.
Testis Emissena Simeon celeberrimus Vrbe,
Tam sapiens, vulgo creditus insipiens.
Ille habet in terris aras, & in aethere sedem,
Sideribus mistus Caelituumq; choris.
Desipere ad tempus prima est sapientia, crede:
Stultitia haec caeli possidet vna domos.



De Sanctis pueris Pastore, ac Iusto fratribus, Martyribus.

XLIII.

DIscebant elementa simul puer vnus & alter,
Fratres ingenio prorsus, & arte pares.
Ecce volat rumor pro relligione necanda,
In tormenta hominum millia multa rapi.
Hoc bene: proiectis tabulis in vincula currunt,
Atque animam pulcro in funere proijciunt.
Discere quid tantum potuisse à Crantore dicam?
Qui sapit instinctu numinis, ille sapit.

De

De Incarnatione.

XLIV.

DVm genus humanum Pater aspicit ire sub umbras,
Haec fertur Nato dicta dedisse suo.
Sic eat ille, sui temnit qui iussa Parentis.
Sic eat. At motus corda momordit amor.
Tũ Natus, Caput hoc dabitur, Pater optime, dixit:
Sic hominem mulcta, sic miserere Pater.



De B. Virgine Christum in vtero continente.

Ad Angelos.

XLV.

LAbere sancta cohors, pictis huc labere pennis,
Huc age cum citharis cum lituisq; veni.
Linquere nec pudeat radiati moenia mundi,
Sidera non pudeat linquere clara Patris.
Virginis ingenuae consiste ad limina: (si fas.)
Terra Deam dices, quam veneremur habet.


Ad

Ad eandem Virginem, in ea verba:

Inuenisti gratiam apud Deum.

XLVI.

IN terris quondam dura cum cote sagittas,
In terris tantum vincla ferebat Amor.
Nunc poterit caeli sedes superare nitentes,
Subdere nunc poterit dissita in astra faces.
Ecce amat inuictus superi Regnator Olympi.
Illa potest etiam vincla timere Deus,



De Incarnatione. Ad eandem Virginem.

XLVII.

PAlladium nulli fas quondã attingere, nulli
Ferre fuit Vestae sub penetrale pedes.
Sola etenim Virgo potuit spectare Penates
Troiugenum, occultos tangere sola Deos,
Talis sola potes Numen contingere Virgo,
Sanctior in terris nulla puella potest.

De

De Beata Virgine Christum in vtero continente.

XLVIII.

TE quibus attollā numeris? quibus aurea Virgo
Carminibus felix ibis in ora virùm?
Tu Superum Patrem claudis sub viscere, & istinc
Ille regit terras, astra polumq; regit.
Et regitur tamen. ô magni Regina Tonantis,
Non tecum Imperium diuidit ille: dedit.



Ad Christum ipsum in vtero Virginis.

XLIX.

HOspes flecte nouus castae genitricis ab aluo,
Iratum è caeco carcere flecte Patrem.
Aut certe, quoniam ambobus vis numinis vna est,
Pone minas tantùm, ponet & ille suas.



Ad Virginem. Christum vtero continentem.
Hendecasyllabon.
L.

NIue ò purior, Indicis lapillis
Virgo splendidior, nitentiorq;
Virgo vellere mollior comante:
Quod volo, tribus explicabo verbis,
Nudè simpliciterq; candideq;.
Vellem promere te mihi meum cor;
Meas delitias, meos lepores,
Quos in pectore contines beato,
Quos in lanea viscera abdidisti.



De Puero Iesu.
LI.

DVm Deus è matris resupinus pectore pendet,
Et digitis ludit per Genitricis ebur.
Admouit roseis felicia Virgo labellis
Vbera, & his Puerum vaticinata ciet.
Ah dolor! immiti pinguesces Hostia ferro.
Cur ego vos peperi candida membra Cruci?
Viue tamen, nostro iuuenescens victima lacte:
Sic erit, vt tecum victima caesa cadam.

De

De eodem Puero Iesu. Ad Angelos.

LII.

HVc vbi Bethlemico rupes suspenditur antro
Dirige pennatum sancta caterua pedem.
Hic Deus in stabulo est: saxi sub fornice quiddam,
Quod mage mireris, quod verearis habes.
Isthic ille tonat pulsantibus aëra nimbis:
Hic ciet vuidulos ore tremente sonos,



De eodem Puero Iesu in stabulo,
& Angelis canentibus.

LIII.

MObilibus digitis expergefacta loquuntur
Nablia, dum gemitu personat antra Puer.
Et lacrymosa pijs inflectit carmina neruis,
Molliat vt cantu pectora dura Patris.
Detumeat nunc ira Pater. nam nullus amores
Dulcius accineret, quàm Puer ille gemit.

De

De Puero Iesu, & Parente Virgine.

L I V.

DIa Deum blando recubantem pectore Mater
   Sustinet, & mammis implicat ille rosas.
Lactea diuini siccat sic flumina roris,
   Gestit, & alludit colla per alba Puer.
Tum roseo Virgo deflens sua gaudia riuo
   Baccas Herme tuas, vincit Hydaspi tuas.
Ilicet à lacrymis summae maduere papillae,
   Et Pueri salsus stillat in ora liquor.
Cresce meo, dixit, fletu, Puer inclyte, cresce;
   Vt sine me nunquam belle puelle fleas.

De Christi Saluatoris Circuncisione.

L V.

PRimaeuae heu nimiū iuimus periuria noxae,
   Debuit, ò vindex, detonuisse furor.
Non ita. iactatae dudum per saecula prisca
   Non exorato stant adamante minae.
Cede Parens. ictus tibi sistitur Agnus ad Aras,
   Hoc adamas victus sanguine dissiliat.

GON-

GONZAGAE FAMILIAE PRINCIPES, Qui Mantuae imperarunt.

Elogijs illustrati.

CVM FERDINANDVS Cardinalis Gonzaga Romanum Collegium inuiseret.

Aloysius, siue Ludouicus ortu Germanus, Gonzagarum auctor.





Ludouico ducatur initium, qui splendidae Genti principium fecit. Is quo tempore Longobardorum armis Rubico circumsonabat; è Germania, & Regum patria domo profectus in Italiam, rebus praeclarè gestis insignitè nobilitatus, tandem aliquando Mantuae sedit. aeterna perhibendus memoria, & ceu magni fluminis caput; venerandus; vnde Regius sanguis in Gonzagam sobolem alueo puro defluxit.

L V I.

A Te principium. clari tu sanguinis auctor,
Et sobolis felix ò Ludouice caput.
Aurea Gonzagae facis incunabula Genti;
Regaliq; domum surgere sede iubes.
Sanguine ab hoc fluxere Duces; ostroq; decori
Qui bene procurent Sacra Latina Patres.
Quiq; regant studio populos; quiq; arma secuti
Laurigeram malint condecorare domum.
Nempe hoc exundat veluti Padus inclytus auctu
Mantua; vel propter populus alba Padum.
Haec Ludouice tuis debet radicibus arbos,
Et fluuius debet fontibus ille tuis.

ALOYSIVS GONZAGA
Mantuae Dominus Primus.

SVperiorem hic vel virtute, vel felicitate vicit. Gonzagarum genti, cui multo iam ante principium ille fecerat; principatum hic dedit.. Extincta quippe Bonaccolsiorum Tyrannide, secunda populi acclamatione, Mantuae dominatum obtinuit. In quo minimè superba vsus victoria ipsos

ipſos quoque Tyrannorum propinquos, affines ſceleri, molliſſimo addicere ſupplicio potuit. Compoſitis rebus, pulcherrima filiorum Nepotumq; poſteritate relicta, nonageſimo aetatis anno ſummè deſideratus exceſſit.

LVII.

HVic Pario Tumulū de marmore ponite Ciues,
Aenea Gentiles ponite ſigna Duci.
Nam patriam aſſeruit dura ſub mole gementem;
Tradidit & Genti regna recepta ſua.
Hunc patriae Patrem iam libera Mantua dices,
Auctorem hunc dices pacis & eſſe tuae.
Non huic Gonzagam fas ſit conferre priorem:
Principium hic Regni; ſanguinis ille dedit.

GVIDO PRIMVS, Mantuae Dominus Secundus.

EX Aloyſio genitus Guido cepit Imperium, altiſſimo vir animo. ditionem prolatis amplificauit finibus. Obizonem Ferrariae Dominum diu, multumq; bello diſtinuit, ad extremum etiam

debellauit. Barnabae Vicecomitis Mantuam circumsidentis, & obsidionem soluit, & vires attriuit. Ac ne quidpiam praeteriret, quod vinci posset, animo quoque suo in potestatem redacto, in ipsa Vgulini filij natu maximi peracerba nece, stante vultu conditionem irrisit humanam.

LVIII.

TE quibus aequiparem Guido? seu bella lacessis;
Regna armis, Vrbes obsidione leuas.
Seu contra Fortuna manus mouet improba; calcas
Sub pedibus casum, sub pedibusq; vices.
Cuncta adeo tractare doces aequaliter vnus:
Magno animo bellum; tristia fata leui.

ALOYSIVS SECVNDVS Mantuae Dominus Tertius.

ALoysius Guidonis filius in haereditarium iam, & plane translatitium dominatum adsciscitur. Vt maiorum arma, quibus assueuerat populus, pacis mitigaret artibus, gnatam

Bar-

Barnabae Vicecomitis, cum quo parenti bellum fuerat, Francisco filio Coniugem dedit. Principum maiestatem externo cultu, magnificentiaq; retinendam ratus, amplissimam illam Basilicam, quam hodieq; Gonzagae incolunt Reguli magnis sumptibus excitauit. Cum Numa propemodum comparandus; nisi pulcherrima pacis studia foedo ad extremum infortunio contaminasset.

LIX.

Arma alij tractent; liceat tibi munere pacis
Vsq; frui; liceat regna quieta sequi.
Non tibi Mars titulos dabit, aut Victoria palmam,
Non spolia accipies sanguinolenta Deae.
Sed quae Palladia Pax tempora cingit oliua.
Clarabit Titulos ò Ludouice tuos.
Quos Pater edomuit bello, tibi sanguine iungis.
Daedalea miram construis arte domum.
Fortunae ò vtinam non mitia proelia vites.
Est potis haec magnos vincere sola Duces.



FRANCISCVS PRIMVS, Mantuae Dominus Quartus.

TErtiodecimo aetatis anno admotus gubernaculo illico procellas offendit. A Galeatio Vicecomite in supremum imperij discrimen adductus, euasit virtute periculum, quod armorum iniquitate creatum erat. Galeatio reconciliatus, eius auspicijs in Bononienses exercitum duxit. in quo praelio Iacobum Carrariensem cepit, captiuumq; Mantuae habuit honorifice. Venetarum dehinc copiarum Imperator Carrariensibus Pataulo, Veronaq; depulsis, vtramq; vrbem Reip. imperata facere iussit. Decessit honoribus plenus, magnis anteponendus Ducibus: cui bellum illatum adolescenti Tyrocinium fuit; vnde in exteros prodiret instructior.

L X.

AT palmas Bellona tibi dat habere ferendas,
Dat tumulo Mauors ampla trophaea tuo.
In Regni cunis Galeati proteris Anguem;
Et res quae fuerat fabula, facta fuit.

Agmen

Agmen in infidas iam grandior inuehis vrbes,
Et desertores in sua castra vocas.
Par magno Alcidae: Iuuenis seu conteris Angues
Seu firma domitas monstra superba manu.

IOANNES FRANCISCVS
Mantuae Marchio Primus.

VIx puber orbatus parente, auitae ditionis haereditatem adiuit. A religione administrationem exorsus, nihil habuit prius, quàm vt Carthusiã à maioribus affectam postremo labore perficeret. Affinitate pulcherrima generis claritudinem auxit. Ludouico enim, quem ex Paula Malatesta susceperat, Marchionis Brandeburgensis filiam, Sigismundi Imperatoris affinem in matrimonium dedit. A quo, & Marchio è Gonzaga Gente appellatus est primus; & Aquilis illis donatus insignibus,quæ stemma gentilitium exornarunt. Secundum hunc honorem,ter Venetorum exercitum duxit Imperator: saepius in Venetos ipsos arma conuertit; quos Verona, multisq; circa Vicentiam, ac Brixiam oppidis spoliauit. Decessit minime gregalem meritus inter suos imagi-

nem: quippe qui in amplam, & penè triumphalem domum ampliores titulos, & nouum honorem inuexerit.

L X I.

RElligio Regnum tibi temperat optima nutrix
O Puer, haec cornu diuite fundit opes.
Te legit affinem Caesar; gentilia munit
Signa Aquilis; titulos auget honore tuos.
Hunc optate Ducẽ: nempe hunc Fortuna sequetur.
Caesareas patrio Stemmate portat Aues.

LVDOVICVS SIVE ALOYSIVS Tertius, Mantuae Marchio Secundus.


OMnes hic videtur tum virtutis, tum felicitatis explesse numeros. Magno vir animo, corpore firmissimo: à quo Turcae cognomen inuenit. rei militaris scientissimus. Principum amicitia, in primisq; Mediolanensium ita floruit, vt filius à Philippo; à Francisco frater, à Galeatio pater & habitus, & dictus sit. Fridericum Imperatorem lautissimo excepit hospitio: ex Barbara Brandeburgensi, quam duxerat adolescens,

Fran-

Franciscum, Aloysium, Rodulphum suscepit liberos, clari nominis in hac Familia viros. Caeterum tan cumulatae felicitatis idem ipse, deuicta fortuna, faber, & auctor fuit. Cum Carolo fratre, ipso principatus initio de Imperio digladiandum fuit. cuius malum ingenium, vastasq; corporis vires aliquando fregit: felici sane victoria, nisi de fratre referenda fuisset.

LXII.

INuidit fortuna tuis asperrima coeptis:
Horrida fraterno proelia Marte mouet.
Tu tamen obiectas moles, fata aspera rumpis;
Ipsa etiam caecae disijcis arma Deae.
Victor ouas patrio regno, claroq; potitus
Hospitio, & magni Caesaris auctus ope.
Felix Marte tuo; felix ò fortibus ausis:
Ni, quem sic decuit vincere, frater erat.



FEDE-

FEDERICVS PRIMVS, Mantuae Marchio Tertius.

FEdericus paternae rei successit: domi, militiaeq; clarissimus. liberalis in omnes, inpimisq. aduersus eos, quos & virtus, & sapientia exemisset à vulgo. Varia rerum opificia, maximeq. mercaturam, Reipub. neruos, & promouit, & suo ipsius aere sustentauit. Affinitate primaria nobilitauit genus, ducta Margarita Bauari Ducis filia. Venetorum armis Ferrariae Ducem in angustum adduxit, Acedo erepto, Vrbe munitissima, finibus populatione vastatis. Ita ei, nec quietissimis Reipub. temporibus magnificentia defuit, nec difficillimis fortitudo, nec vtrisque felicitas.

LXIII.

HOc Duce libertas, vultuq; reuertitur almo
Iã Themis, hoc remeat intemerata Fides.
Visa iterum prisco sunt saecula fusa metallo;
Mincius auriferas hoc Duce vexit aquas.
Victricesq; tamen mirata est Mantua palmas,
Quasq; suis Princeps insinuabat opes.
Hic pietate regit, vexat non regna tributo,
Quaeq; alij poscunt, exhibet aera suis.

FRAN-

FRANCISCVS II. MANTVAE Marchio Quartus.

HVnc ipsâ natura Imperio finxerat. Incredibili quippe cum suauitate maiestas oris; grandiores oculi, sed tamen alacres, ac iucundi; timorem illi iuxta, ac beneuolentiam populi conciliabant. Venetis operam nauauit insignem Imperator. Galliae Regem Carolum .VIII. ad Tarum fluuium aggressus, fudit, fugauitq., plurimis ex illo exercitu primarijs viris, aut captis, aut in deditionem acceptis. Gallos de integro adortus in Apulia, expulit iniqua possessione; iustum dominum reduxit. Liberos habuit Herculem primi nominis Cardinalem, & Ferdinandum illum, qui in postrema Neapolis expugnatione Caroli Quinti Magister equitum fuit. deinde Siciliae Prorex: ad extremum rebus in Italia moderandis Legatus. Haud multum aetate prouectus Franciscus excessit; filiorum fortuna cumulatus, & sua.

LXIV.

CVncta dedit Fortuna tibi; dedit omnia virtus,
Quae comes instabilis dicitur esse Deae.
Est tibi maiestas oris, sunt lumina flammis
Grata, quibus populi conciliatur amor.
Victorem Italiae vincis certamine Regem;
Quaeq; domant alios pectora, Marte domas.
Additur & Patri fortunatissima proles,
Et bello, & Tyria nobilitata toga.
Illius adde tuae fortunam, illiq; vicissim
Adde tuam. haec numeros sors habet vna suos.

FEDERICVS SECVNDVS postremus Mantuae Marchio, Dux Primus.

IS è Francisco natu maximus, secundis auspicijs dominatum ingressus, Parentis, fratrumq; felicitatem aequauit. A Leone.X. exercitus Pontificij factus est Imperator adhuc adolescentior. Mantuam propugnaculis communiuit; aedes extra vrbem Regias cum pulcherrimo viridario excitauit. A Carolo.V. quem hospitem habuerat domi splendidè, primus est appellatus Mantuae

tuae Dux. Margaritam Palaeologam in matrimonium accepit Montisferrati possessione dotatam. Obijt quadragesimo aetatis anno, bonorum omnium lamentatione defletus. Insigni loco habendus à suis: qui gentis nomen decoris titulis expoliuit; dotali ditione auxit Imperium.

LXV.

Bella alij peregrina velint, tibi Romulus ipse
Inclyta dat Caeli clauibus arma Pater.
Sic Latij fines, soliumq; tuebere Petri;
Sic tua caelesti regna locabis ope.
Nempe tibi titulos addet, tibi Caesar honores,
Et sponsam Augusta cum ditione dabit.
Te tamen extinctum flebunt, populusq; Patresq;
Ornabunt tumulum sed bene facta tuum.

FRANCISCVS III. MANTVAE Dux Secundus.

HVnc Federicus annum attingentem vix sextum reliquit Imperio filium, virtutum suarum imaginem: qui reclinatum intempestiuè hu-

meris

meris onus singulari cum laude sustinuisset in tempore, nisi fecisset immatura mors, vt nihil in eo praeter Indolem laudare possemus. Anno aetatis xvj. spei plenissimus subductus è viuis, & elatus est, innumerabilibus decorum futurorum indicijs ad tumulum praeeuntibus. Inter claros, & spectabiles hic etiam collocandus, cuius in ipso rerum gerendarum apparatu erepta est virtus, quae matura iam fruge prouentum pollicebatur.

LXVI.

Hvic aeterna Maro manibus da lilia plenis;
Postulat hoc iterum Mantua mater opus.
Non minus hunc deflet, quā flesse Octauia fertur.
Marcellum, aut Drusum Liuia moesta suum.
Causā habet & flendi similē. primo excidit aeuo,
Virtutis cum per culmen haberet iter.
Viuere sed nequijt qui sic praeuerterat annos.
Non datur in summo vertice longa dies.



GVI-

GVILELMVS .I. MANTVAE Dux Tertius.

HVius amplissimae pietatis est illud Diuae Barbarae Templum infinitis exaedificatum sumptibus, argento, gemmis, auro, sacra suppellectili sic instructum, vt communem intuentium approbationem praeteruectum, ad miraculum vsq; peruenerit. Res secundae tantam religionem exceperunt. Imperatoris Ferdinandi filiam accepit coniugem. Varia ditionis oppida Gentilium possessione distracta ad Gentis principatum pretio reuocauit. Auxit mirificè redditus. Aerarium in regium planè modum exaggerauit. Summa cum liberalitatis fama ereptum è viuis glorioso lugendi genere lamentati sunt docti.

LXVII.

SAcra tibi, & Diuũ sunt Templa nitẽtia cordi;
Hoc opus inuicti Principis esse putas.
At tibi Relligio cum foenore praemia reddit;
Diuaq; muneribus Barbara culta tuis.

Iun-

Iungeris Augusto: quod perdis, sufficis aurum,
Adijcis & fines, sed sine Marte nouos.
Sortis habes cumulum. Regnis fortuna paratis
Quae venit intacto Marte, secunda venit.

VINCENTIVS I. MANTVAE Dux Quartus.

E Guilelmo parente spiritus hausit, paratis iam opibus, & imperio pares. Bellicae laudis, & tuendae religionis excitatus studio, bis in Pannoniam Copias duxit. Arcem in Montisferrati ditione, omnium, quae sunt in Italia, munitissimam, summis est molitus impendijs. Alienas diligentissime peragrauit terras, quae comparandae prudentiae breuissima putatur à Sapientibus via. Hospites apparatu magnificentissimo semper excepit; viros literis claros, opibus, & beneuolentia fouit. pecuniam infra se positam habuit. Ac ne quam Regiae felicitatis requireret partem, in pulcherrimo corpore tam liberalis animus habitauit.

LXVIII.

Vitae forma placet regali splendida gaza,
Sed tamen alterno tempore bella placent.

Cernere

Cernere multorum placet vrbes, cernere mores,
Et varia doctos cernere lege viros.
Spargere opes: inopem virtutem attollere censu,
Et premere impresso parta talenta pede.
Hic vere regnat, nullo qui vincitur auro;
Et potis est opibus dicere iura suis.


FRANCISCVS IV. MANTVAE Dux Quintus.

IN praeclara huius indole hodie conquiescit imperium. Sublato Vincentio, tanta cum virtutis significatione parentis occupauit locum, vt non modo conflatam à maioribus fortunam fulcire animo, sed maiorem inaedificare praeterea possit. Superiorum ita sequitur exempla, vt quod imitetur legisse videatur in singulis. Pietatem ac religionem, qua constant imperia, in primis ducit imperij curis. Prudentiae, quam habet eximiam, adiecit adminiculum singulare, Consiliarios optimos.

LXIX.

FOrtunam ingredere ò felix Francisce tuorum,
Ingredere antiquis addite nuper auis.

Ingredere ominibus niueis; Aquilisq; quaternis,
Et Cruce purpurea regna paterna ſubi.
Ingenium tibi mite datum: tibi fronte ſeuera
Stat pietas, animo ſtant decora alta tuo.
Maiores ſupera titulis: id deniq; magnum eſt,
Clara inter Patrum ſidera habere iubar.



DE PANTHEO.

LXX.



Vguror hanc Arcem populis Agrippa futuris
Condis, & ignoto Templa superba Deo,
Haec dabitur moles Christo, Christiq; Parenti,
Caelitibus dabitur, Romuleoq; Petro.
At vos anxiferum deponite corde timorem
Romulidae. Haec vobis aenea Turris erit.
Est Deus hic praesul: vigilant in vertice Diui.
Mente caret, qui nunc barbara tela timet.

DE TEMPLIS ANTIQVAE Vrbis consecratis.

LXXI.

ERgo nihil debes vlli. Nanq; omnia reddis
Vrbs bona Caelitibus, Caelituumq; Patri.
Caesaris & quae sunt, & quae sunt sacra rednas:
Sceptra refers Petro Regia. Templa Deo.

DE SANCTO MARTINO, dimidiatum pauperi pallium impertiente.

LXXII.

SI nescis Martine Duci das pallia Christo,
Cuius in ignoto paupere membra tegis.
Iam noua castra tenes : sub Rege merebis egeno :
Pallia quid donas dimidiata Deo?
Omnia largitur qui castra salutis adoptat ;
Nullas sub nudo praeside seruat opes.
Sed tyro Martinus erat : dabit omnia quondam.
Nam veteris sunt haec militis : illa noui.

DE ADVENTV SPIRITVS Sancti.

LXXIII.

ORgana disparili miraris musica versu,
Aerea queis surgit canna subinde minor,
Pigra silent cũ nulla tubas data flamina cõplent,
Nec solito fundunt sibila docta modo.
Ast vbi concipiunt animatis follibus auras,
Vnus tam vario redditur aere sonus.

Haud

Haud aliter coetus, caeca sub nocte, piorum
Se tenet, atque aura deficiente silet.
At cum sidereum prolabitur aethere flamen,
Pectoribusq; potens insinuatur Amor,
Ecce sonant vario concordes murmure linguae,
Ecce canunt laudes Maxime Diue tuas.
Aura est vna ciens, vox est non omnibus vna,
Vnum multiplici sed sonat ore melos.

AD TYBERIM
Eluuionem comminantem, Idibus Nouembris. 1614.


LXXIV.

TYbri Pater Tybri, ò gentis miserere Latinae:
O pudeat Latios contemerare lares.
Saecula neu Pyrrhae redeāt, neu Romula lymphis
Mergere, ceu quondam, moenia, Tybri velis.
Mauortis sobolem lento qui gurgite seruas,
Qui trahis immites ad tua iussa lupas;
Non Vrbem clamantem audis luctuq; gementem,
Fundentem & tristi talia verba sono?
Non sum qualis eram. Christi iam vindicor aris.
Parce pios vndis mergere: merge reos.

DE SANCTO GREGORIO Thaumaturgo Montem loco moueri iubente.

LXXV.

Tollere Gregorius, Mons improbe, tollere clamat,
Tollere: poscenti da tua iura Deo.
Proh miranda fides. Conuulsus sedibus imis
Mons graditur quantum fortia verba iubent.
Desine fama vetus Xersis protendere facta,
Qui medium multo milite nauit Atho.
Ille potest montes alieno scindere ferro,
Hic potis est verbis in mare ferre suis.



DE

DE EODEM D. GREGORIO Thaumaturgo Lycum fluuium exundantem posito baculo compescente.

LXXVI.

STernere suetus aquis obiecta repagula quondã
Circumfusa fremens ibat in arua Lycus.
Non tulit hoc dius, qui montibus imperat altis
Gregorius, posito flumina fine domat.
Nam fluctus contra, baculum quo nititur effert,
Quaq; velit fluuium sistere; figit humo.
Terminus hic esto dixit: nec plura: repressit
Amnis limitibus stagna refusa suis.
Nec saeclis ausus fertur data claustra secutis
Frangere, & obstrictam contemerare fidem.
Quin & fama canit, ramos in cespite fixum,
Et flores baculum mox habuisse nouos.
Sunt hic & Mosis, sunt & miracula Patris,
Qui certo primas limite clausit aquas.
Ille mari posuit leges: hic iura fluentis,
Anguifera est Mosis virga, sed ista comans.

DE CONSTANTINO MAGNO. Qui terram è fundamentis Basilicarum Petri, ac Pauli cophinis exportauit, operarum primus.

LXXVII.

Cvm fabros, operasq; inter prior ipse laboras,
Subuectasq; humeris pondera prima pijs,
Fundamenta locas ò Constantine futurae
Vrbis Ionigenae sub ditione Petri:
Illi etenim magnae dabis aurea moenia Romae,
Quicquid & Oenotrio clauditur orbe, dabis.
Quin & opes gazasq; omnes, quin diuitis auri
Quae manibus sunt iam pondera parta tuis.
Huic igitur Regno duo nunc Capitolia condis,
Cum duo tam vigili templa labore locas.
O data de Caelo castae sapientia menti,
Quae regnum potuit noscere sola suum,
Iam nullum Imperio nomen. strata omnia: durat
Quod Constantini munere Petrus habet.

IDEM

IDEM ARGVMENTVM. LXXVIII.

DExtra ne Romuleis assueta securibus illa,
Maxentiq; potens frangere sola minas;
Illa ne, quae iusta deletis caede Tyrannis,
Quatuor edomito frenat in orbe plagas;
Nunc rastris molitur humum, dorsoq; reponit,
Atq; operis dignum munere tractat onus?
Proh pietas, proh prisca fides. Sic bella geruntur.
Bella inter par est condere templa Duces.
Illa etenim stant arma diu, longumq; mouentur,
Quae populis faciunt proelia: Templa Deo.

IDEM ARGVMENTVM. LXXIX.

ACcipite ò superũ Proceres duo lumina caeli,
Quae Constantinus cũ prece Tẽpla dicat.
Vobis donat opes & vectigalia terrae,
Et spolia è trino trina recepta Duce.
Macte animo Princeps. habet hunc Victoria finẽ,
Quae rite, & dextro est auspice parta Deo:
Praedam aris, laurum Diuis concedit honoram,
Arma sibi, & duri munera Martis habet.

AD CLEMENTEM Pontificem, ac Martyrem.

Cum anchora deiectum, & à Caelitibus in mari, Templo marmoreo compositum.

LXXX.

QVae seruat fremitus inter, Pelagiq; ruinam
Fluctibus illisas terq; quaterq; rates,
Te mersura, tuo suspenditur anchora collo;
Quaeq; salus alijs, est tibi mortis iter.
Pone metum tamen, & fluctus contemne sonãtes:
Velificant vitae spesq; fidesq; tuae.
Qu in & Caelestes tibi Templũ è marmore ponunt
Quà gemit, & medio tunditur vnda mari.
Ingredere, & puppi victricem impone coronam:
Portum habet & certo est anchora iacta solo.
Immortalem animũ Caelum immortale receptat,
Mortale hoc seruat marmore corpus aqua.

DE

DE LACTE QVOD FLVXIT è vulnere Diuae Catharinae Virginis, & Martyris.

LXXXI.

Dardaniae collum Virgo dare iussa bipenni
Prodigio gentes commouet icta nouo.
Lacteus exundat pulcro de corpore sanguis,
Nec solito caelum purpurat imbre caput.
Accipio vates omen conclamat amicum.
Portendit populis otia laeta pijs.
Scilicet hoc Latiae mitescent lacte secures,
Quas acuit crudo Martia lacte Lupa.
Flauius hinc surget longo non tempore Caesar,
Dardana qui Christo commodet arma Deo.
Nempe ita Christiadum perfusus caedibus ensis,
Christiadum praeses Relligionis erit.




DE

DE DIVO ANDREA.
Per biduum in Cruce superstite.

LXXXII.

HEu pietas: biduū Senior trabe pēdet ab alta,
Nec potis est vitae rumpere claustra suae.
Ecce oculis portum vsurpat, metamq́ volatu
Iam capere, & caeli tangere summa cupit.
Tendit vtrinq́ alas: alis retinetur ab ipsis,
Nauim habet, & naui figitur ipse sua.
Mortem optat; duce cū Christo velit esse; nec vlla
Flectitur interea mors inimica prece.
Quid tantum huic parcis Mors implorata petēti,
Quae rapis inuitos sub tua iura viros?
Nempe sibi agnoscit signum exitiale salutis,
Quaq́ semel victa est, horret adire Crucem.



DIVAE

DIVAE BARBARAE,
Quae dicitur instituta fuisse ab Origene Adamantio doctissimo, & eruditissimo Viro.
LXXXIII.

Barbara non tellus aluit te Barbara: non te
Imbuerunt mores Barbara casta feri.
Quin te quas docuit calles Adamantius artes:
Est animus Musis commodus iste pijs.
Barbára cum non sis, cur est tibi Barbara nomen,
Moribus haud titulo conueniente tuis?
Barbarus est, qui te concludit Barbara turri,
Et miserum cogit funus obire pater.
O pereant istae quae sic dant nomina leges:
Non patrij poenas criminis vllus habet.

DIVO NICOLAO PATARAE,
Quae in Lycia est, Episcopo.
LXXXIV.

NEc Lycias sortes, nec dat medicamina Phoebus
Amplius, aut numeros, laurigeramq; chelym.
Templa subi Pataráe, Nicolae: recessit Apollo
Ex adytis: posthac tu Pataraeus eris.

Tu

Tu populis responsa canis, reserasq; futura:
Carmina te pueris praeside, docta fluunt.
Quin etiam extincto manant tibi corpore toto
Balsama, quae morbis tabida membra leuant.
Nil istic quod agat Pataraeus cernit Apollo:
In titulis titulos non habet ille suos.

DIVO AMBROSIO.

LXXXV.

Ambrosium tu Nomen habes, hoc indidit olim
Quae tibi sub labris mellificauit apis.
Fundis enim dio dulces ex ore loquelas,
Ambrosium fundis nectareumq; melos.
Tum quoq; es Ambrosius dulci cũ fulmine linguae
Romulidum sacra pellis ab aede Ducem.
Illa etenim in magnos sunt verba valentia Reges,
Quae dulci sensim perlita felle madent.



BEATAE VIRGINI CONCEPTAE.

LXXXVI.

ANte Patris primi noxam ſine ſentibus vllis
Eſſe roſas genitas, candidulaſq; ferunt:
Aſt vbi ſiderei violauit iuſſa Tonantis,
Sentibus armatas erubuiſſe roſas.
Spina eſt culpa nocens, rubor eſt genitabile crimen,
Quae totum lacerant inficiuntq; genus.
Res mira: exiſtit patrio ſine crimine Virgo,
Candidaq; & vernans, & ſine ſente roſa.
Integros iterum mores ſperate: redibunt
Innocua, & primi tempora cana Patris.




D E.

DE D. STEPHANO.

LXXXVII.


NIl agitis Solymi, nil saxa volantia prosunt.
Quis furor in vestros saxa rotare lares?
Nimirum imperio fiunt nunc ista Tonantis,
Nam procul excessit intemerata fides.
Vtq; renascatur Caelo gratissima proles,
Deucalionea spargitur arte lapis.
In vestra hos miseri iacitis sed damna molares,
Qui genitos reddunt pura sub astra viros.
Sanguine ab hoc vno, lapidum quem funditis ictu,
Christiadum soboles multiplicata redit.
Illa adimit Templum vobis; illa eripit aras;
Sic repetunt vestrum saxa rotata caput.



DE MARTYRIBVS, Qui die Seruatoris Natali sunt incensi Nicomediae in Templo.

LXXXVIII.

Felices animae: per funera saeua, per ignes
Natali hoc repetunt astra serena die.
Sic nascente nouo concedunt sidera Phoebo,
Nascunturq; alio sidera lapsa polo.
Nam dũ concelebrant Cunabula sacra Tonãtis,
Praeco ait, aut magnis reddite thura Deis,
Subdita vel Templo vos flamma cremabit, & ipsis
Dijs dabitur tanto victima grata Rogo.
Ilicet exclamant: ferro tradamur & igni:
Non facili Caelum praestat adire via,
Ignibus in medijs, quaerenda in funere vita:
Nata hodie sic nos quaerere vita iubet.



DE PRIMO IANVARII DIE Iesu nomini consecrato.

LXXXIX.

Non noua vertētes numerabit purpura Ianos,
Non quae fert niueum sella Curulis ebur.
Ecce salutifero consurgit Consule, primus,
Cumq; salutifero Consule, mensis abit.
Et redit in numerum renouans exordia Fastis,
Principiumq; salus ducit, & annus idem.
Nempe salus faciet nomen, semperq; manebit
Quod Iani expuncto nomine, nomen erit.
Voluite iter faciles aeterni Consulis anni;
Vobiscum interea voluitur orta salus.

DE MAGIS STELLA DVCE Ad Christi praesepe vocatis.

XC.

AD Dominū, Regemq; vocat stella aurea Reges,
Quos afflant primo lumine Solis Equi,

Iam

Iam praesto est Oriens rerum exoriente Magistro;
Accidit ad Cunas Medus, & omnis Arabs.
At vos Romulidae statis; rerumq; vocantem
Non turbam auditis sub noua iura Dei.
Trans Tyberim docet hoc riuus, qui manat oliuo,
Euandriq; silent quae simulacra iugo.
Atq; ebur in templis lacrymans, sudantiaq; aera,
Quaeq; homini reddunt abdita fata boues.
Non sunt ista satis; quia vos ex aethere summo
Non dum vocali Gratia luce ciet.
Illa est stella loquax: nec possunt cetera vobis
In terris natum significasse Deum.

IDEM ARGVMENTVM.

XCI.

STella vbi quae miro cõpleuit lumine mũdum,
Quae Pueri Reges duxit in antra Dei?
Non illam inueniat Radio Babylonius Horos,
Non inter numeret sidera nota Conon.
Munere perfecto, in tenues euanuit auras,
Sidereasq; inter desijt esse faces.

Cetera nunc dubijs mortales sidera rebus
Consulite, ex alijs ista petenda fides.
Non stellam responsa decet mortalia ferre,
Quae nati facta est nuncia sola Dei.

DE S. SATYRO MARTYRE Ab Achaeis interempto, quod exsufflans euertisset, & comminuisset Idolum.

XCII.

Oppida dū Satyrus pertransit Achaica, cernit
Marmoreum insana stare sub Aede Deum.
Ingemit aspectu, demoliriq; Colossum
Flaminis aetherei robore fretus auet.
Sufflat in aduersum: confestim euertitur ille
Tacta velut trifido fulminis igne domus.
Non ea vis homini. diuinus ab aethere lapsus,
Crimina qui difflat Spiritus, ille fuit.
Quid Satyrus moritur? si plectere facta potestis,
Auctorem Ciues plectite, non Satyrum.



DI-

DIVO PAVLO PRIMO Eremitae.

XCIII.

ES tibi Paule satis. Ne te quaesiueris extra,
Tu victum, & tunicam, tu tibi iusta facis.
Vestem palma, cibum corui, dant busta leones:
Quippe etiam moriens es tibi Paule satis.

DIVO MARCELLO PONTIFICI Maximo, & Martyri, cui Maxentius alendas bestias dedit.

XCIV.

PAstor es Ausoniae gentis Marcelle, sed atras
Dat tibi pascendas Roma lupina feras.
Nempe suos aperit mores cum talia mandat,
Quosq; tibi Ciues tradat habere, docet,
Scilicet Vrbs ipsa est animantum sylua fremētum,
Legibus, & dictis instituenda pijs.
Ergo age quas vitreae mutarunt pocula Circes
Fac homines istas maxime Diue feras.

DE CATHEDRA DIVI PETRI Romae.

XCV.

HAec tibi in Vrbe Remi sedes sit Petre: docebis
Extremas istinc candida iura plagas.
Quae tibi tanta fluit sapientia ab ore loquenti?
Vnde tibi fandi copia tanta datur?
Non tecum platanus certet facunda Platonis,
Socratica platanus nobilitata manu.
Atria non tecum certent spatiosa Lycaei,
Non Pandionio porticus ampla solo.
Sella nec Eoi tecum contendat Hiarchae,
Vtraq; quam Solis fertur adisse domus.
Nempe docent causas illi terraeq; marisq;,
Tu caelum verbis pandis, & astra tuis.

DIVAE AGNETI. De coma, quae illi pro veste fuit: deq. impudico Iuuene protinus extincto.

XCVI.

ET merito quã nudat amor turpissimus Agnẽ
Crinali dius tegmine vestit amor.
Illi animus nudus, culpisq; exutus iniquis.
Corpora sed niueo tecta pudore placent,

Ah

Ah puer infelix: nudam ne cernere tende,
Neu remoue errantẽ membra per alba comam.
Spicula sunt illi crines: armata sagittis
Est coma, fulmineas & vomit illa faces,
Negligit haec amens; fictoq; Actaeonis ausus
Supplicio veros comprobat esse suo.

SAMARITANAE. XCVII.

QVid notos putei latices haurire laboras,
Nec tibi qui puteus sistitur ante vides?
Ne Samariti erres, putei qui sidit in ora
Est puteus: viuas ille ministrat aquas.
Illic nempe latet medio Sapientia fundo
Democriti semper diffugitura manus.
Ne dubita situlam lento dimittere fune,
Diuinoq; tuam pellere rore sitim.
Si nescis animus situla est: suspiria funes:
His age, Democritum vincere sola potes.

D. IOSEPH VIRG. DEIP. SPONSO. XCVIII.

PRogenies Regum salue castissime Ioseph,
Isacidum salue sanguine nate Ducum.

Cui magnae commissa olim custodia Matris,
Curaque diuinae tradita prolis erat.
Non tibi sunt fraudi vani Corybantes in antro,
Quaeque aluit puerum Gnosia Nympha Iouem.
Tu caeli vere Dominum, terraeque, marisque
Sub lare degentem paupere pauper alis.
Tu vere Saturnum arces, fallisque Tyrannum,
Qui velit Infantem perdere caede Deum.

EIDEM DIVO IOSEPHO.

XCIX.

CAste faber, tecum est magni sapientia Patris,
Quique Polum mira condidit arte, Faber.
Qui mediam librauit humum, qui sidera circum
Extudit, & certo limite clausit aquas.
Mitte igitur dolabram Ioseph, vilemque bipennem,
Et scalpris quod tu fissile robur aras.
Verte aliò mentem: tractent fabrilia fabri:
At tu disce Polum condere, disce mare.
Disce Deum regere imperio. tibi sedulus ille
Paret, & expectat iam tua iussa Pater.
Hae tibi erunt artes, Puero dare iussa Tonanti:
Hos vsus olim postulat ista manus.

APO-

APOSTOLORVM PRINCIPIBVS.

C.

PLus debes Roma alma Petro, Pauloq; sodali,
Quàm geminis, quorum stãt tibi tecta manu.
Non illi fragili ponunt tibi moenia saxo,
Sed valido faciunt ex adamante domos.
Non illos peperit Vestae violata Sacerdos
Ilia, nec pauit Martia lacte lupa.
Gratia sed genuit Mater, sed ab vbere caeli
Omnipotens aluit rore fluente Pater.
Imperium dederunt alij, terraeq;, marisq;.
Hi tibi dant caeli pandere posse fores.

IDEM ARGVMENTVM.

C I.

SParsa cruore Remi fuerũt quae moenia quõdã,
Nunc Petri, ac Pauli sanguine rubra vides.
His iterum Ducibus capies exordia Roma,
Hoc adeo rursum sanguinis omen habes.
Ominis ast impar causa est: portenderat ille
Proelia: sed pacem nuntiat iste cruor.

DE

DE INCENDIIS,

Quae anno 1612. varijs locis in Vrbe debacchata sunt.

CII.

IAm cineres Troiae Romana Palatia quondam
Bis terq; in cineres flamma redegit edax.
At non tam validis Iuno satiabere poenis?
Vis iterum Troiae subdere saeua faces?
Iam satis Vrbs antiqua luit periuria Matris,
Facta leuis toties igne cremante rogus.
Si Troia arsura est iterũ; non haec noua Troia est:
Sunt Pauli, sunt haec moenia casta Petri.
Pone iras, pone arma manu, flammasq; minantes:
Si Romae non vis parcere; Parce Petro.

DE INCENDIO FARNESIAE domus, Romae, Anno 1612.

CIII.

QVae nunc Tisiphone Stygijs egressa caminis,
Quae ruit in tantum saeua Megaera nefas?
Quis nouus aeternam flammas molitur in Vrbem,
Spectat & è turri saxa perusta Nero?

Regi-

Regificas ecce inuadunt incendia sedes,
Farnesiae inuadunt tecta superba domus.
Ecquid flamma paras? aedes si conficis istas,
Conficies iterum Laomedonteis opes.

GODEFRIDO EPISCOPO Bambergensi, Caesareo ad Pont. Paulum .V. Legato. Emblema.

Cuius Argumentum Mercurius.

C I V.

EXpressum docta Iuuenē, quem cernis ab arte,
Quem Zephyri portant, quē per inane Noti;
Mercurium ne crede: illo Godefridus amictu
Romuleas visus nuper inire domos.
Illi etenim geminae surgunt à vertice pennae,
Quae mentē in Superos, quae super astra vehūt.
Illi praepetibus sua sunt talaria plantis,
Quae superant Alpes, exuperantq; niues.
Anguiferamq; mouet caeli per nubila virgam,
Qua potis est placida iungere pace Duces.
Caesaris huc mandata refert, referetq; vicissim,
Quae dabit Ausonius iussa ferenda Pater.
Quod nisi mendaces animaret fabula Diuos,
Hic etiam poterat Nuncius esse Iouis.

EIDEM

EIDEM. EMBLEMA.

Cuius Argumentum Iris.

C V.

SAlue Iris, magnae Iunonis Nuncia salue,
Quam pius Augusti Nuncius ore refert.
Versicolor tibi palla humeros conuestit; at illi
Multiplici virtus pectora more notat.
Tu Diuûm interpres vanissima, Caesaris ille est,
Est Pauli, valida qui regit astra manu.
Quin sudum hic defert, nigras tu saepe procellas,
Tristia tu mundo nubila saepe refers.
Tu male sopitum stimulas in proelia Turnum,
Pacificat motos Nuncius iste Duces.

IN OBITV MARGARITAE

Austriacae Hispan. Reginae.

C V I.

EOi, Phoebiq; potens Regina cadentis,
Austriadae cui dāt nomina, Regna Tagus:
Non potis es mortis iussum fregisse superbae:
Hoc etiam pateris Regia nata iugum.
Quāq; ego quid vano sequor aurea funera questu?
Ipsa auidas mortis effugis vna manus.

Nam

Nam tibi iusta facit domus vtraq; Solis, & ipsa
Ornat in auriferis India funus aquis.
Quin & Barbarico tibi surgunt pegmata cultu
Dissita quà nostris Brasilis vnda fremit.
Quà caelum ruit inuersum, stellaeq; vagantur
Cum Sol nos ori ns afflat, & orta dies.
Non est hoc Regina mori; sed morte sequestra,
Lustrare imperio subdita Regna tuo.

DE OBITV P. GENERALIS Societ. Iesu Claudij Aquaeuiuae.

CVII.

PAr erat aeternae te ducere tempora vitae,
Nomẽ & aeternum viua quod indit Aqua.
Humana probitas maior, diuinaq; Virtus,
Menti cana fides, haec tibi vita fuit.
Vox caelestis erat, species dignissima vultus,
Et qui Caelicolis dicitur esse color.
Occidis, & tecum vis occidit illa bonorum,
Quae te mortalem non sinit esse virum.
Iam nullos posthac fluuios rear esse perennes,
Cum tu etiam possis ò Aquauiua mori.

AD

AD MVTIVM VITELLESCHVM Romanum, Societ. Iesu Praepositum Generalem, Claudio Aquaeuiuae Neapolitano subrogatum.

CVIII.

Surge anime ex humili: disrupta Claudius vrna,
Vitam in subnato germine rursus habet.
Mutius ecce subit: morum est gratissimus error,
Et Rex in simili pullulat ore prior.
Non facie referat fratrem sic Castora Pollux,
Aut vno rosa de cespite nata rosam.
Vultum namque decor, nam Gratia fecit vtrique,
Huic amor, atque illi pectora fecit amor.
Vis animi est in vtroque eadem, est & cōsona virtus,
Pollicis vno ictu tangis vtramque Lyram.
Parce tamen Claudi. peperit te caerula Syren,
Teque parem Regno fecerat illa satis.
Hunc pariunt terris Capitolia nata regendis:
Tu par; hic Regni pondere maior erit.

EIDEM

EIDEM MVTIO MODERATORI
Optimo Societ. , ac ſapientiſſimo.

C I X.

Socraticos ne quaere Plato, qui Regna gubernent,
Quoſq; velis Reges Vrbibus eſſe tuis.
Vicimus hoc etiam, parto iam principe, votum.
Non opus hic Reges fingere: vera vides.
Illi eſt humana rerum ſapientia maior,
Et liquido fandi copia melle fluit.
Virtutum & numeri ſunt omnes: ſed tamē vnus
In tanto princeps agmine regnat amor.
Ferrea quem ſimilem cupierunt ſaecula Regem?
Quem ſimilem ficta finxit in vrbe Plato?
Quod ſi illum primo ſorta auro ſaecla tuliſſent,
Tractare Imperium pro Ioue natus erat.

F I N I S.



ERRATA. CORRIGE.

Pag. 5. verſ.	11	illeſae	illaeſae
5	13	pectore	pectora
6	12	terraeq.	terraq.
37	16	vaporat	vaporant
42	18	tempectas	tempeſtas
49	6	memorum	nemorum
60	9	mutaſſe	motaſſe
64	7	ni,tentes	nitentes
66	9	texile	textile
118	6	tēn e	temne
120	19	linga	lingua
129	7	traſtas	tractas
136	9	t horace	thorace
138	4	ei ectat	eiectat
160	23	aras t	aras :
173	7	riuernas	Priuernas
195	19	pectore	pectora
202	24	faſtig ia	faſtigia
203	2	im meritos	immeritos
203	2	Quirits	Quirites
211	15	lumini	luminis
273	5	igibus	ignibus
298	12	optima	opima
303	8	lycham	Lycham.
308	3	Tune tana	Tunetana
310	23	u is	uis.
318	3	producit	perducit
330	16	noſtes	noctes
336	18	lacte	lectae
338	21	coniugite	coniungite
347	24	Carparthias	Carpathias
453	15	ſanguine	ſanguine.

